Tercium nouiſſimoꝝ cuius ſalubris recordatio nos a pctīs ꝓhibet eſt infernus ſeu gehēna. Vñ narrat Athanaſius de ſcō Antonio heremita. ꝙ cũ diabolus eũ temptaret de aliq̄ pctō ipſe penas eterni incēdij pctō debitas rememorans eidem apponebat Et ſic tandē vicit diabolũ. ⁊ liberauit a tēptationibꝫ ꝑmanens immunis a pctō. Circa quam materiã inter cetera ſunt tria ſpēaliter cõſideranda Primũ eſt diuerſimoda noīatio penaliũ locoꝝ. Scđm eſt multimoda afflictio ſodaliũ infernoꝝ. Tercium eſt varia cõditio infernaliũ tormentoꝝ quorum memoria valde ꝓſeruat homiem ne cadat in pctā

¶ Quod multimoda eſt nominatio infernaliũ locorum.

De ſupius poſitus p̃mum p̃ncipaliter declarandũ eſt, diuerſimoda nomīatio penaliũ infernoꝝ. Igit̃ ſciendũ eſt ꝙ infernus eſt locus igneus ab infero ſic dictus. Nam aīe reoꝝ ibi inferunt̃ ad eternaliter puniendũ. Vñ Job. vi. Qui deſcēderit ad infernũ nõ aſcēdet nec reuertet̃ vltra in domuꝫ ſuam. Et ſic infernus appellat̃ gehēna ignis. Vñ Gregoriꝰ in quarto dialogoꝝ. Unus quidem gehenne ignis credēdus eſt ſꝫ nõ vno mõ oēs cruciat pctōres Vnuſquiſqꝫ eñ inq̄ꝫtum exigit culpa tm̄ illic recipiet de pena. Item Iſidorus libro p̃mo de ſummo bono. Ignis gehēne ⁊ lucebit miſeris ad augmētum pene. ⁊ videant vñ doleant ⁊ nõ lucebit ad ꝯſolatõem ne videãt vñ gaudeant. ¶ Item ibidem. In gehēna dupl'r eſt damnatorum pena quoꝝ ⁊ mentē affligit triſticia ⁊ corpus ꝯburit flãma. Ignis iſte gehennalis ineffabil'r cruciat pctōres. De qbus dr̄ in p̄s. Cadent ſup eos carbones in igneꝫ deijcies eos in miſerijs nõ ſubſiſten

Jtē dn̄s in ira ſua cōturbabit eos ⁊ deuorabit eos ignis Quaprop-
ter ſcribit Eſaie.ix. Jgnis erit cibus. Jtē Hieremie.xv. Dicit dn̄s ad
damnatos Jgnis ſuccenſus in furore meo ſup vos ardebit. Jſte ignis
inflāmatus ē ⁊ ab ira iudicis ſuccēſus. ita ꝙ nouo incēdio non indige
bit ammodo ⁊ vſqȝ in ſempiternū. Hinc eſt ꝙ dr̄ iob.xx. Deuorabit e
os ignis q̄ nō ſuccēdet. O q̄ȝ dure vindicabit ſe tunc dn̄s de miſeris
pctōrib⁹ cōdēnatis Vn̄ eccl.vij. Vindicta carnis impij ignis ⁊ v̄mis
Differt aūt ille ignis infernal' ab iſto igne materiali p̄cipue in tribus.
¶ Primo in acerbitate Eſt em̄ acerbior q̄ſi in infinitū Vn̄ dixit btūs
Sebaſtian⁹ cui āgelus ad aurē ſtabat. ꝙ iſte ignis ſenſibilis ita ſe ha
beret ad ignē gehēnalē ſicut ignis in pariete depictus ad iſtū ſenſibilē
Scd̄o in duratōe. nā iſte ignis p̄t extingui ille v̄o nō. Vn̄ eſaie vltio.
Jgnis eoꝝ nō extinguet Jtē matthei.iij. Paleas aūt cōburet igni in
extinguibili. paleas. id ē pctōres. Tercio in cōſumptōe Na iſte ignis
poteſt oīa cōſumere. Nā ſm phm̄. Oīa conſumit materia ignis Jlle
vero nō p̄t cōſumere. nec corpa nec ſpūs quos vrit Vn̄ de pctōre cōſti
tuto in inferno dr̄ iob.xx. Luet oīa q̄ fecit tn̄ nō cōſumet. Hinc eſt vt
dicit Criſoſtom⁹ in libro de reparatōne lapſi Jſte ignis q̄ in p̄nti vita
eſt cōſumit cūcta q̄ recipit. Jlle v̄o q̄s ſuſcipit ſp̄ cruciat ⁊ pene ſue ſp̄
integros reſeruat ꝓpterea ⁊ inextinguibilis dr̄. Nō ſolū q2 ipſe nō ex
tinguet ſȝ q2 nec eos quos ſuſcipit perimit ⁊ extinguit. Scriptura em̄
dicit. Quia pctōres induēt in corruptōem. ſed nō ad honorē vite. ſed
ad diuturnitatē ſupplicij ꝑfuturā. Huius aūt pene vim ⁊ ignis illi⁹ po
tentiā. nulla vox exponere. ⁊ nullus ſermo poterit explicare. Jbi q̄d a
gemus. nūquid rn̄debimus Nihil erit ibi niſi ſtridor dentiū niſi vlu
latus ⁊ fletus ⁊ ſeua penitētia ceſſantib⁹ vndiqȝ auxilijs ⁊ vndiqȝ in-
ualeſcētib⁹ penis. Et ignis ille ſicut nō h3 naturā cōſumēdi ſic nec il-
luminādi ſed ē ignis obſcurus ⁊ flāma tenebroſa. ¶ Tercio infernus
dicit locus inq̄etus. Vn̄ in reꝝ natura q̄dam locus ſp̄ eſt q̄et⁹: vt ſupi
or ps mūdi. Quidā qn̄qȝ q̄etus ⁊ qn̄qȝ turbatus: vt ps eius media.
Sic ꝓbabile eſt terciā p̄tē. ſcȝ inferiorē ſp̄ eē turbatā. ⁊ iō dr̄ tartarus
Nā ſm papiā Tartarus dr̄ turbatus Prouenit aūt inq̄es ſiue turba
tio ibi ſpēalr̄ in trib⁹ Primo ex pena cū varietate. ſicut tps dr̄ eſſe tur
batū qn̄ mixtū cū pluuia grandine niue ⁊ huiōi q̄ dicunt eſſe in infer
no. Vn̄ ps. Pluit ſup pctōres laq̄os ignis. ſulphur ⁊ ſpūs ꝓcellaruȝ
pars calicis eoꝝ. Scd̄o ex miniſtroꝝ vexatōe. Hieremie.vi. Seruie
tis dijs alienis q̄ nō dabūt vobis req̄em die ac nocte. Tercio ex mu-
tuo clamore. Eſaie.xlv. Vos clamabitis p̄ dolore ⁊ pre contritōe ſpi
ritus vlulabitis. Certe nūc cuilibet vlulāti ⁊ ſic clamāti rn̄debit dn̄s
illud. Hieremie.xxx. Quid clamas ſup cōtritōe tua inſanabilis ē do

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

lor tuus propter multitudineꝫ iniq̄tatis tue propter dura peccata fe
ci hec tibi. Tercio dicit̄ infernus locus intemperatiſſimus. Unde di
citur auernus, quaſi ſine vere id eſt ſine temperantia. Nam pene non
ſunt ibi in aliquo temperate ſed in ſummo gradu ⁊ exceſſu maximo.
Sunt em̄ ibi tenebre vltra modum exceſſiue propter quod matthei
xxij. dicūtur tenebre exteriores. Et inde patet Exodi. x. De tenebris
palpabilibus que fuerunt in egypto quanto magis erunt ibi grauio-
res Unde Job. xx. Om̄es tenebre abſcōdite ſunt in oculis eius Tūc
peccator dicit iſtud pſalmiſte. Poſuerunt in lacu inferiori in tenebro
ſis ⁊ in vmbra mortis. Item Collocauit me in obſcuris ſicut mortu-
os ſeculi ⁊ anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus. Similiter ⁊ illud la-
mentationis Hieremie. iij. In tenebroſis collocauit me quaſi mor-
tuos ſempiternos. Item eſt ibi ſummus calor. Unde Job. xxxiiij Ca
lor nimius Et ratio illius eſt q̄r nō exaltatur. ſed incluſus eſt ſicut ca
lor in fornace. Pſal. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vul-
tus tui. dn̄s in ira ſua conturbabit eos. ⁊ deuorabit eos ignis Ibi eſt
ſummum frigus ꝓpter qd̄ Job. xxiiij. Aque illi dicūtur aque niuiū q̄
pre ceteris aquarum ſubſtantijs ſunt frigidiores. ⁊ huiōi ſignū. ⁊ ſtri
dor dentium qui eſt ſignū magni frigoris ⁊ algoris. Un̄ Fulgentius
in epiſtola. Duo ſunt ꝑncipalia in inferno tormenta. ſcꝫ frigus intole
rabile. ⁊ calor in extinguibilis. Ideo ſcribit̄ Matthei. xxij. ꝙ ibi erit
fletus ⁊ ſtridor dentiū. Fletus nāq̄ in liquefactione oculorum de ca-
lore naſcitur. ſtridor vero dentiū ex frigore cauſat̄. Un̄ Job. xxiiij Ad
nimiū caloris trāſeat ab aquis niuiū. Un̄ in libello metrico de vita ⁊
geſtis Alexandri. Attritus glacie niuium de frigore tranſit. Ad pe-
nas o ſupplicium miſerabile ſemper. ⁊ nunq̄ꝫ moritur queꝫ carcer tor-
quet auerni. ¶ Quarto dr̄ infernus locus deſolatiſſimus. Hinc eſt ꝙ
ſm̄ Papiā acheron vocatur ab a ꝙ eſt ſine. ⁊ cheronta gaudium qua
ſi ſine gaudio ⁊ hoc quo ad carentiam omnis boni. Unde cōmenta-
tor Auerrois. ij. Poetrie. In inferno continuo eſt triſticia ⁊ meror ſi
ne conſolatione. Non em̄ habent damnati retro aliquā conſolatōeꝫ
a mundo. quia non valent eis ſuffragia. nec deſuper de celo. nam ex h̄
non fluit ſuper eos aliqua miſericordia. Nec ſperant gratiam de fu-
turo. Sic em̄ nulla etit eis redemptionis venia. ⁊ ſic erunt triſtiſſimi
in deſolatione ſempiterna Et ergo ſapientie quarto dicitur ꝙ vſq̄ ad
ſupremum deſolabuntur. Unde Trenorum primo dicit anima dam
nata. Poſuit me deſolatam tota die merore confectam Item Eſaie.
triceſimoquarto. Peccator deſolabitur in ſecula ſeculorum. Heu do
lor a pena vach deſolatio plena. Omni tormēto ſuper hoc homo cor
de memento.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

¶ Quod multimoda eſt afflictio ſodalium in fernorum.

O Rdine debito nūc ſequitur exponendū. ꝙ multimoda eſt afflictio ſodalium infernorum. Tales em̄ ſodales ſcȝ diaboli ſunt aſpectu horribiles. effectu crudeles ac tortores infatigabiles. Primo ergo dico ꝙ diaboli ſiue demones ſunt aſpectu multum horribiles ⁊ ꝓpterea formis horribilib⁹ depingunt in eccleſijs. Uñ legit ꝙ q̇dam religioſus de nocte in dormitorio iacens cepit terribiliter clamare. Et cū veniſſent ad eum alij fratres videbant eū fixis oculis ad parietem immobiliter reſpicientē. nec ad aliq̇d reſpondentem. ſed mirabili horrore cōcuſſum ⁊ timore. Mane aūt a priore interrogatus quid in nocte habuiſſet. reſpōdit ſe diabolū vidiſſe. Requiſitus cuius eſſet forme. reſpōdit. Hāc faciliter nō poſſum deſcribere. Sed hoc inquit dico. Si eſſet ex vna ꝑte furnus ardēs. ⁊ figura eius ex alia ꝑte magis eligerē intrare furnū q̄ȝ videre illā horribiliſſimam demonis figuram. Hinc eſt ꝙ btūs Bernardus ſup ps. Qui habitat. ſic dicit. Quid putatis frēs. ſi alicui vnus ex tam multis ꝓncipib⁹ tenebraꝝ in mediū noſtruȝ irrueret in tota feritate ſua ac tenebroſi corꝑis enormitate apparere liceret q̇s illū poſſit vel corꝑis ſenſu ſuſtinere vel cordis. Et ideo ſicut in vitaſpaꝝ legit quidā ſenex dixit. Credo ꝙ ſi aliquis videret demones in ea forma qua dānati eos ſunt viſuri nō poſſet viuere. ſed ſtatim moreretur. Uñ dicit btūs gregorius de Criſorio ꝙ cū infirmaret ⁊ videret multitudinē demonuȝ ſibi aſtantiū. cepit altius clamare. inducias vſq̄ȝ mane. Et cum hec dicens verteret ſe huc atq̄ȝ illuc ne videret eos. pre nimio timore vehementiſſime conturbatus ſtatim moriebatur. Cōturbati em̄ ſunt qui videbāt eos ⁊ timuit oīs hō. Ecce q̄ȝ horribiles erūt in afflictu q̇ taliter occidūt cū ſolo aſpectu. Uñ iob. xx. Uadent ⁊ veniēt ſuꝑ eos horribiles. Et hoc eſt ꝙ innuit Bernardus vbi dicit. O aīa mea q̇s erit tibi pauor cū dimiſſis omnib⁹. quorū tibi preſentia tam iocunda. taȝ gratus aſpectus. cohabitatio tam familiaris. ſola pauēs ignotam ingredieris regionem cū tibi cateruatim deterrentia illa monſtra deterrima occurrent. O q̄ȝta erit demonū horribilitas in formis aīalium crudeliſſimorū apparentiū. Uñ Sapiētie. xi. Pro eo ꝙ errantes colebant mutos ſerpentes ⁊ beſtias ſuꝑuacuas. immiſiſti eis multitudinem mutorum animalium vindictam vt ſcirent ꝙ per que peccat q̇s per hec et torquetur. Non enim impoſſibilis erat omnipotens manus tua. que creauit orbem terrarum ex materia inuiſa immittere illis multitudinem vrſorum. aut audaces leones vel noui generis be/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

ſtias ita plenas Aut vaporem igneū ſpirātes. aut odorem fumi ꝓferē
tes. aut horrēdas ab oculis ſcintillas emittētes quoꝝ non ſolū leſura
poterat illos exterminare. ſed ⁊ aſpectus ꝑ timorē occidere. Hic ibidez
Vn̄ iob p̄mo. Hoſtis meus terribilibꝫ oculis me intuitus eſt. Item
eiuſdē vltimo. Sternutatio eius ſplendor ignis ⁊ oculi eius vt palpe
bre diluculi. de ore eius lāpades procedūt ſicut tede ignis ſuccenſe. de
naribus eius procedit fumus ſicut olle ſuccenſe atqꝫ feruētis Vn̄ poe
ta refert. Sunt ibi ſerpentes flāmas ex ore vomētes. De flatu quoꝝ
pereūt aīe miſeroꝝ. Scđo in affectu ſunt crudeles. Vn̄ Job. xvi. Col
legit furorē ſuū in me ⁊ cōminans mihi. infremuit contra me dentibꝫ
ſuis Vn̄ pſal. Aperuerūt ſup me os ſuū ſicut leo rapiēs ⁊ rugiēs Itē
tentauerūt me. ſubſanauerūt me ſubſanatione frēduerūt ſup me den
tibꝫ ſuis Vn̄ eccl. xxi. Dentes illius dentes leonis interficientis aīas
hominū. Hinc dr̄ p̄mo Petri. v. ꝙ diabolus tanqꝫ leo rugiens circu
it querēs quē deuoret. In die em̄ nouiſſimo mutabunt diaboli ad de
uorandū pctōres Eſaie. lv. Oēs beſtie agri ⁊ vniuerſe beſtie ſilue ve
nite ad deuorandū Item Hieremie xij. Venite cōgregamini oēs beſtie
terre ꝓperate ad deuorandū De iſto refert exemplū btūs Gregorius
in libro dialogoꝝ Vn̄ dicit ꝙ erat qđam Dorus noīe nō re ſed tātū
noīe monachus cui nimiū graue erat ſi quis ꝓ ſalute ſua ei aliqđ loq̄
ret Nō ſolū aūt bona nō fecerat ſetiā nō poterat audire Hic cū extre
mum ageret ſpm̄. cōuenerūt frēs vt egreſſum illius aīe orando ꝓtege
rent Tūc repente cepit eiſdē fratribꝫ ibidem exiſtentibꝫ acclamare. nec
non magnis vocibꝫ orōes eoꝝ interrūpere ita dicēs. Recedite recedi
te ego datus ſum draconi ad deuorandū q̄ ꝓpter veſtrā pſentiam me
nō pōt deuorare. Caput meū iam ori ſuo abſorbuit. date locū ne am
plius me cruciat. ſed faciat ꝙ futurū eſt Tūc frēs ceperūt ei dicere. qđ
eſt qđ loq̄ris. Signū tibi ſcē crucis impme Reſpōdit ille cuz magnis
clamoribꝫ dicēs Volo me ſignare ſed nō poſſum. qr ſquamis huius
draconis ſtimulor ⁊ p̄mor Cūqꝫ frēs hec audiſſent ꝓſtrati in terram
cū lachrymis ceperūt ꝓ redēptōe illius exorare Et ecce cepit eger ſubi
to cū magnis vocibꝫ clamare dicēs Grās ago deo ecce draco q̄ me ad
deuorandū acceperat orōibꝫ vrīs expulſus eſt ⁊ oīno receſſit. ¶ Item in
quarto libro dyalogoꝝ refert idē Gregoriꝰ aliud exemplū. Ait em̄ ꝙ
in ꝑtibꝫ Ironie in quodā monaſterio tongelaton noīe dr̄ accidiſſe. ꝙ
quidā fuit monachus ſcūs reputatus in cōſpectu hoīm qualis nō fue
rat inuētus apud deū Nā eū frēs eū eſtimabāt ieiunare latēter cōſue
uerat comedere Hic in agone cōſtitutꝰ fecit ad ſe frēs gn̄aliter cōuoca
ri. quibꝫ ipſe dixit Ecce nūc ad deuorandū traditus ſum draconi q̄
cauda ſua genua mea pedeſqꝫ meos fortiter colligauit caput ꝟo ſuuz

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

ſn os meũ mittẽs ſpm̄ meũ ebibẽs extraxit. q̄bus dictis expirauit Et
ſicut videt̄ ſunt ꝟba cõdemnati pctõis q̄ ſcribunt̄ Hieremie. li. Come
dit me abſorbuit me ſicut draco Jſte ē draco magnus ꝛ rufus habẽs
ſeptẽ capita ꝛ decẽ cornua in capite ſuo de quo dr̄ Apocal'. xij. Factū eſt
preliū magnū in celo Michael ꝛ angeli eius p̄liabant̄ cū dracone ꝛ
draco pugnauit ꝛ angeli eius ꝛ nõ p̄ualuerūt necꝫ locus eoꝝ inuēt⁹ ē
amplius in celo Et p̄iectus eſt draco ille magnus ſerpẽs antiquus q̄
vocabat̄ diabolus ꝛ ſathanas Et ergo dr̄ ibidē Ve terre ꝛ mari q2 de
ſcẽdit ad vos diabolus. Diabolus em̄ zelo nimio bonis inuidet q̄ co/
nant̄ locū eius poſſidere in celo. de quo ipſe mirabil'r p̄iectus eſt in pe
nis. Et q̄ꝫtum magis appropinquet dies vltima. tãto ardẽtius temp
tat ꝛ feruet inuidia. O q̄ꝫta erit demonū auſteritas ꝛ malicia De q̄bꝫ
Bernard⁹ ſic ait in p̄ſa. O q̄ꝫ impij tortores torquebūt pctõres ꝛ ter/
ribiles vltores vindicabūt malos mores Horꝫ ãt crudelitas ꝛ mali/
cia diuerſimode cõfortat̄ p̄mo q2 plures ſunt ꝛ multi. Vñ p̄s. Mul
tiplicati ſunt q̄ tribulãt me multi inſurgũt aduerſum me. Hinc ē q̄ꝺ
dicit̄ Job. xxi. Obſederũt in giro tabernaculū meū. Vñ legit̄ in vitaſ
patꝝ. q̄ꝫ q̄dã ſenex vidit demones circũſtãtes hoĩes ſicut apes. Et er/
go dr̄ in p̄s. Circūdederūt me ſicut apes. exarſerūt ſicut ignis in ſpi/
nis. Scd̄o q2 fortes ſunt ꝛ potẽtes. q2 Apl's innuit ad ephe. vi. Ubi
vocat eos p̄ncipes ꝛ ptãtes ꝛ mūdi rcõres Et q2 tã potẽtes ſunt ꝛ taꝫ
fortes ad nocendū. Jdeo dr̄ in pſal. Uim faciebãt qui q̄rebãt animã
meã. ꝛ alibi Jrruerũt in me fortes. De hac etiã potẽtia dr̄ iob. xl Nõ
eſt poteſtas ſup̄ terrã q̄ comparet̄ ei q̄ factus ē vt nullū timeret Oĩne
ſublime videt ipſe ꝛ eſt rex ſup̄ oēs filios ſup̄bie Huiõi ãt potentiã ꝛ
ſup̄biã maxime exercebūt in punitõe maloꝝ ipſos crudeliſſime affli/
gẽdo Vñ eccl. xxxix. Sūt ſpũs q̄ ad vindictaꝫ creati ſunt. ꝛ in furore
ſuo cõfirmauerūt tormẽta ꝛ in t̄pe cõſummatõis effundẽt ꝟtutẽ ꝛ fu
rorẽ eius q̄ fecit illos Nã furor illis ſ̄m ſilitudinẽ ſerpẽtis Et ſicut aſ
pidis ſole obturãtis aures ſuas. Jtẽ eſaie. liij. Ego creaui fabꝝ ſufflã
tem in ignẽ prunas ꝛ p̄ferẽtem vas in opus ſuū ꝛ ego creaui interfe/
ctorẽ ad diſp̄dendū. de hoc crudeli interfectore pctõr cõdemnatus ſic
loquit̄ Job. xvi. Circūdederũt me lãceis ſuis vulnerauit lumbos me
os ꝛ nõ pep̄cit. effudit in terra viſcera mea. cõſcidit me vulnere ſuper
vulnus irruit in me quaſi gigas. ¶ Tercio ſunt demones in torquen
do infatigabiles Vñ Daniel'. iij. Nõ ceſſabãt miſtri regis ſuccẽdere
fornacem Vñ quidã Sunt hi tortores ſerpẽtibꝫ horridiores Defor
mes nigri. ſed nõ ad ꝟbera pigri. Nūquaꝫ laſſant̄ ſed ſp̄ ad hec reno/
nant̄ Ad mala ferẽtes ſunt ad penaſq̄ꝫ recẽtes Semp̄ triſtati ſp̄ ferire
parati. Semp̄ inardeſcūt nec ceſſant nec requieſcūt. Hinc q̄ꝫ deutero.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

viceſimooctauo. Cuilibet peccatori dicitur Seruies inimico tuo quē inmittet dominus tibi in fame, ſiti ꝛ nuditate, ꝛ in omni penuria. Et augebit dn̄s plagas peſſimas ꝛ ꝑpetuas. O q̄ꝫta erit tūc damnatoꝝ pena que ſine intermiſſione ſemper erit continua, ſine pace ꝛ requie in miſeria ꝛ anguſtia. Vn̄ de pctōꝛibus dꝛ ezechielis. vij. Anguſtia ſuꝑ ueniente requirēt pacem ꝛ nō erit. cōturbatio veniet ſuꝑ conturbatio nem. Item Apocal. xiiij. Nō habent requiem die ac nocte qui adora/uerunt beſtiā ꝛ imaginē eius. Tūc peccatoꝛ bene poſſet dicere hoc ꝙ ſcribit Eſaie. xxxviij. Nō videbo dn̄m deum in terra viuentium nec aſpiciam hominē vltra ꝛ habitatoꝛem quietis. Similiter ꝛ illud hie remie. xlv. Ve mihi miſero qꝛ addidit dn̄s doloꝛē dolori meo ꝛ req̄/em nō inueni. Certe, tūc cōuertetur doloꝛ eius in caput eius ꝛ in verti cem illius iniquitas eius deſcendet.

Quod varia eſt conditio penarum infer/norum.

Nunc reſtat mēbꝛoꝝ terciū de hac materia ꝑtinens decla/randū. qd̄ eſt varia cōditio infernaliū tormentoꝝ. Sunt enī plures conditōes ſpēaliter facientes ad aggrauationē pene infernalis. Prima eſt acerbitas qd̄ patet ex fletu ꝛ ſtridoꝛe den tium ex plācru ꝛ deſiderio moꝛtis. ex manducatōe lingue q̄ ꝛ blaſphe mia creatoꝛis. ꝛ ex multis alijs his ſimilibꝫ. que oīa ibidem ſunt ven tura: vt patet ex locis varijs ſcripturaꝝ. Apocal. xvi. Comederunt linguas ſuas pre dolore. ꝛ blaſmapherūt deū celi pre doloꝛibꝫ ꝛ vul neribꝫ ſuis Hinc Gregoꝛius dicit. Nō hic ſuſpicari non potuit illic cruciatui deditus inuenit. Item Hieronymus Tāta erit in inferno vis doloꝛis ꝙ mens ad aliud dirigi nō poterit, niſi ad qd̄ vis doloꝛis impellit. Dicet enī tūc pctōꝛ illud Hieremie. viij Doloꝛ meus ſuper doloꝛem Tanta enī erit acerbitas penaꝝ ꝙ pctōꝛes vitā quā oēs ap petūt ſpꝛeta ꝛ cōtempta moꝛtem quā oēs fugiunt ardenti deſiderio ſe pius affectabunt Vn̄ Apocal. ix. In diebꝫ illis querūt hoīes moꝛtē ꝛ nō inuenient eam. ꝛ deſiderabunt moꝛi ꝛ fugiet moꝛs ab eis. Acer bitatem ꝟo pene infernalis teſtatꝛ dn̄s Hieremie. ix. vbi dicit Ego ci babo populū iſtū abſintheo. ꝛ potum dabo eis aquam fellis. per hec amaritudinem deſignans infernalium toꝛmētoꝛum Cōſideratio hu iuſmodi acerbitatis fecit quēdam iuuenem delicate nutritū intrare oꝛdinē ꝑdicatoꝛum Quo ingreſſo cum q̄dam ſapiens a parētibus e/ius miſſus vt ei perſuaderet egreſſum anteq̄ꝫ ꝓfiteretur dicens Deli cate nutritus es: nō poteris ſuſtinere rigoꝛem oꝛdinis ꝛ aſperitatem. Reſpōdit iuuenis Magiſter ꝓpter hoc oꝛdinē intraui. qꝛ ſciui me delicatū et nihil aſꝑitatis poſſe ſuſtinere, cogitans ꝙ acerbiſſima pe/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

na inferni mihi intolerabilis eſſet. ⁊ ideo elegi potius hanc penam oꝛ
dinis q̄ꝫ illam ſuſtinere. Naꝫ ſicut ſcriptū eſt Job. vi. Qui timet pꝛui
nam irruit ſup eum nix. Hec etiā cōſideratio mouit quendam Petꝛꝫ
heremitam ad mirabilem penitentiam q̄ꝫ fecit. De quo narrat brūs
Gregoꝛius in quarto libꝛo dialogoꝝ. Aut eñi q̄ꝺdam petrus mo/
nachus ex regione hibernie oꝛtus pꝰſquaꝫ heremuꝫ peteret moleſtia
coꝛpoꝛis interueniente defunctus eſt. Sed pꝛotinus coꝛpoꝛi reſtitu/
tus inferni ſupplicia atq̄ꝫ innumera flammarum loca ſe vidiſſe atte/
ſtabatur. Qui etiam quoſdam huius ſeculi potentes in huiuſmodi
flamma ſuſpenſos ſe vidiſſe narrauit. Qui cum iam deductus eſſet
vt in illis ⁊ ipſe mergeretur. ſubito angelum choꝛuſci habitus appa/
ruiſſe fatebatur. qui ipſum in ignem mitti pꝛohibuit. qui etiam dixit
Egredere. ⁊ qualiter tibi poſt hoc viuendum ſit cautiſſime attende.
poſtquaꝫ vero ex caleſcentibus membꝛis ab eterne moꝛtis ſomno e/
uigilans. cuncta que circa eum geſta fuerant omnibus narrauit. tan
tiſq̄ꝫ ſe poſtmodum vigilijs ⁊ ieiunijs conſtrinxit vt inferni eum vi/
diſſe toꝛmenta. etiamſi lingua taceret. conuerſatio acclamaret.
¶ Secunda conditio eſt toꝛmentoꝛum multiplicitas. Eſt enim pe/
narum numerus quaſi infinitus. Unde dicitur in Pſalmo. Circun
dederunt me mala. quoꝛum non eſt numerus Et ergo etiam dicitur
Deuteronomij triceſimoſecundo. Congregabo ſuper eos mala. et ſa/
gittas meas complebo in eis: ¶ Verū etiam ſcribitur Eſaie quinto.
Sagitte acute: ⁊ omnes arcus eius extenti. Multas habet domi/
nus ſagittas in pharetra ſua: quas nondum omnes extraxit que poſt
finale iudicium peccatoꝛibus immittentur. He ſagitte ſunt pene va
rie: quibus multipliciter tunc miſeri toꝛquebuntur. Unde pſalmiſta.
Sagitte potentis acute. cum carbonibus deſolatoꝛijs Item dicit do
minus Deuteronomij triceſimotercio. Inebꝛiabo ſagittas meas ſan
guie. ⁊ gladius meus deuoꝛabit carnes. foꝛis deuoꝛabit eos gladius
intus pauoꝛ. conſumentur fame ⁊ deuoꝛabunt eos aues moꝛſu ama/
riſſimo. dentes beſtiarum immittam in eos cum furoꝛe trahentium
ſuper terram atq̄ꝫ ſerpentium. ¶ De hac penarum multiplicitate ſic
dicit beatus Gregoꝛius ſuper illud Matthei octauo. Eijcietur in
tenebꝛas exterioꝛes. In inferno frigus inſuperabile. ignis inextingui
bilis. vermis immoꝛtalis. fetoꝛ intolerabilis. tenebꝛe palpabiles. fla
gella cedentium. hoꝛrida viſio demonum. confuſio peccatoꝛum. ⁊ de
ſpratio omnium bonoꝛum ¶ Unde quidam. Infernus eſt fouea moꝛ
tifera penis omnibus. ⁊ meſerijs referta. Hinc dicitur in Pſalmo.
Pluit ſuper peccatoꝛes laqueos ignis: ſulphur ⁊ ſpiritus pꝛocellarū
pars calicis eoꝛum. Et notanter dicit (pars) q̄ꝛ nō ſolum in dictis ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

nec etiã in mille cõſimilibus poſſit pene integritas perfecte explicari.
Nam quicqđ de penis hic dixerimus ē tanꝙ minima pars vnius fe-
ſtuce reſpectu magnitudinis infinite: Ut aũt hec penarum multipli-
citas expreſſius declaretur. ¶ Notandũ eſt ꝙ damnati erunt pleni
miſeria ⁊ dolore. habebunt eñ fletũ in oculis. ſtridorem in dentibꝫ. fe
torem in naribꝫ. gemitum in vocibꝫ. terrorem in auribus. vincula in
manibus ⁊ pedibꝫ. igniſqꝫ ardorem in mēbris omnibꝫ. Ecce ꝙ reple
ta eſt penis atqꝫ plagis aĩa peccatoris in infernum deſcendentis Et
ergo de damnatis dicitur Eccl. xv. Tenebit eũ tribulatio ⁊ anguſtia
vallabit eum. Et eiuſdem. xx. Omnis dolor irruit ſuper eum. Item
dicitur eſaie. xiij. Omne cor hominis tabeſcet ⁊ contereretur tortionem
et dolorem tenebũt quaſi ꝑturiens dolebunt vnuſquiſqꝫ ad proximũ
ſuum ſtupebit. facies cõbuſte vultus eorum Uñ Baruch. vi. Nigre
ſunt facies eorum Nam omnes peccatores redigentur in ollam: Ut
habet̃ Joãnis. ij. Et dolores ꝑturientis venient ei: vt ſcribitur Ozee
xiij. O ꝙ multa flagella pctõris. tũc eñ poteſt dicere cũ pſal. Circun
dederũt me dolores mortis nõ tꝑalis ſed ꝑpetue. ⁊ ꝑicula inferni in-
uenerũt me. Recte dicit (circũdederunt) qꝛ abiſſus ſicut veſtimentum
amictus eius. Nam induit maledictionem ſicut veſtimētum ⁊ intra
uit aqua in interiora eius. ⁊ ſicut oleũ in oſſibꝫ eius. fietqꝫ ei ſicut ve-
ſtimentũ quo operit̃. ⁊ ſicut zona qua ſemꝑ ꝑcingit̃ O quale veſtimē
tum de filis penaꝝ tam multipliciũ ſic fortiter cõtextum ꝙ ꝑpetuis
tꝑibus nunꝙ erit detexendũ ſeu etiã deponendũ Nam funiculo eter
nitatis erit pctõr colligatus O ꝙ aſpeꝝ ⁊ mordoſum ſentiet̃ illud te
gumentũ. Uñ eſaie. xiiij. Operimentũ tuũ erunt vermes Tam multi
plicis pene conſideratio reuocauit ipm̃ dauid a morte peccati ad pe-
nitentiã peragēdam Uñ dixit ad dñm. Quãtas oſtendiſti mihi tribu
lationes multas ⁊ mala. ⁊ conuerſus viuificaſti me. Huius etiã mul
tiplices pene cõſideratio mouit quendã heremitã ſicut legit̃ in vitaſ-
patrũ ad aſperrimã penitentiam quã in heremo ꝑagebat. a quo cum
quereretur cur ſe ita interficeret. Rñdit Totus labor vite mee nõ eſt
idoneus comparari ad vnũ diem tormentoꝝ qui peccatoribꝫ in futuro
ſeculo preparãtur. ¶ Item narrat̃ in geſtis angloꝝ. ꝙ tempore Con-
ſtantini minoris quidam miles defunctus. circa annos dñi. M. ccc.
vi. qui poſt moduz vite reſtitutus penis territus quas viderat ad he
remum fugit. Fecitqꝫ cellulam iuxta quendam fluuium. in quo veſti
bus indutus ſepe bulneabatur permittens veſtimenta ſic ad carnem
congelari. Poſtea vero balneum calidiſſimum intrabat ⁊ ſic cõtinuo
fecit quouſqꝫ moreretur. Et cum ſuper iſto a videntibus argueret̃ ta
liter reſpõdebat Si vidiſſetis q̃ ego vidi. eadē vel maiora mecum fa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

ceteris Nam ſcḋm Gregoriū ſup iob. Sup oīa ꝓuocat compunctionē
viſio pene infernalis ¶ Tercia ꝯditio penā gehēne aggrauās eſt eter
nitas. vn̄ Sapiētie. iiij. Illos videlicet pctōres deridebit. ꝛ erūt poſt
hoc decidētes ſine honore inter mortuos in ꝑpetuū. Matthei. xxv.
Ibūt hi in ſupplicium eternū. Itē Judich. xv. Dabit dn̄s ignē ꝛ vmem
in carne eoꝝ ꝛ vranť ꝛ viuant ꝛ ſentiant vſqꝫ in ſempiternū Iō dr̄ eſa-
ie vltimo. Vermis eoꝝ nō extinguet. Vn̄ dr̄ dn̄s Deutero. xxxij. Ig-
nis ſuccēſus eſt in furore meo ꝛ ardebit vſqꝫ ad inferni nouiſſima hoc
eſt in ꝑpetuū ſine fine. Item Eſaie. xxxiij. O q̄s de vobis poterit habi
tare cū igne deuorante. aut q̄s habitabit ex vobis cū ardoribꝫ ſempi-
ternis. Itē eiuſdē. xxxiiij. Et terrā in pice ardentē nocte ac die nō extin
guet in ſempiternū. Aſcēdet fumus eius a generatōe in generatōem.
deſolabit in ſecula ſeculoꝝ. Vn̄ Apocal. xx. Diabolus miſſus eſt in
ſtagnū ignis ꝛ ſulphuris. vbi ꝛ beſtia ꝛ pſeudo crucīabuntur nocte ac
die in ſecula ſeculoꝝ Et q̄ nō eſt in libro vite ſcriptus miſſus ē in ſta
gnū ignis vbi erit vmbra mortis ꝛ nullus ordo. ſꝫ ſempiternus hor-
ror inhabitat. Ut habet Iob. x. Vn̄ Gregoriꝰ in moralibꝫ dr̄ Horrē
do mō tunc erit miſeris dolor cū fortitudine. flāma cū obſcuritate. ꝛ
mors ſine morte. finis ſine fine. defectus ſine defectu Quia et mors
ſemp viuit ꝛ finis ſemp incipit. ꝛ defectus deficere neſcit Vn̄ poeta re
fert Nō venit ad metas mortis miſerabilis etas Neſcit finiri ſemp-
qꝫ videt oriri Semp vexando ſemp gemitur renouādo Hinc Petrꝰ
bleſenſis in quadā ep̄la ſic ait. Ibi nō eſt ſuppliciorꝫ modus nec inter-
miſſio ſiue finis. Nā ibi finis ſemp incipiet mors nō morit nec defe-
ctus deficiet vt damnati hoīs ꝯditio ſemp in doloris materiā ꝛ mor
tis eterne pabulū miſerabiliter recidiuet Quare dr̄ in pſal. Sicut o-
ues in inferno poſiti ſunt. mors depaſcet eos Et ſi morte paſcent ipſi
quid potabūt illi ſi mors eſt paſtus qualis erit potus. Audi ꝓphetā
Uua eorum vua fellis ꝛ botrus amariſſimus. fel draconū. vinū eorū
venenum aſpidum inſanabile Ita ſcribit deutero. xxxij. O quale pec
catorū nutrimentū videlicet mortis ꝑpetue tam crudele ſuppliciū vi
uent tūc morti. q2 vite ſunt mortui. Hinc eſt ꝙ Bernardus dr̄ libro
quinto de cōſideratōe ad Eugeniū papā Horreo vmem mordacem ꝛ
mortē viuacem horreo incidere in manus mortis viuētis ꝛ vite mo-
rientis Vn̄ Gregoriꝰ Morte immortali morient impij. O deꝰ eter
ne quare me poſuiſti contrarium tibi. ꝛ factus ſum mihi metipſi gra-
uis. Cur nō tollis pctm̄ meū: vt hoc ꝑpetuū poſſim euadere tormen-
tum. O q̄ꝫ felix ꝛ btūs q̄ pctōrum ſordibꝫ nequaq̄ꝫ fuerit infectus q̄
poſt mūdi gaudia nō abijt nec ad vanitates ꝛ inſanias falſas reſpexit
Nos aūt miſeri errauimꝰ a via iniq̄tatis ꝛ ꝑditōis. ꝛ ambulauimus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

vias difficiles. vias graues ⁊ inutiles. per viam autem domini nolu/
mus ambulare. Vere ſicut dicitur Eſaie. xlix. Inuacuum laboraui/
mus ſine cauſa. ⁊ vane fortitudinem noſtram conſumpſimus. Quid
enim nobis profuit ſuperbia. quid diuitiarum pompa ⁊ iactantia. quid
precioſa corporis indumenta. quid comeſſationes ⁊ crapule. quid ri/
ſus quid leticie. Quid hec omnia nobis profuerunt in quibus vane
et inutiliter. Immo potius damnabiliter tempus noſtrum expendi/
mus. Prochdolor ſine fructu tranſierunt hec omnia tanquam fumus ſeu
ſicut rama matura. tranſijt quod temporale fuit. Sed heu remanſit quod
in eternum cruciabit. Tunc dicet dominus de quolibet damnato il
lud Job viceſima. Iuxta multitudinem adinuentionum ſuarum ſic ⁊
ſuſtinebit. Et illud Apocalipſis decimooctauo. Quantum glorifica
uit ſe ⁊ in delicijs tantum date illi tormentum ⁊ luctum quibus eter
naliter ſine fine torqueatur. O quanta eſt hominis dementia pro de
licijs aut diuitijs ſeu pro aliqua re terrena huiuſmodi perpetua cor/
poris ⁊ anime ſubire tormenta. Unde dicit Joannes criſoſtomus in
libro de reparatione lapſi. ſic inquit. ¶ Dic quanta tempora luxurie
que deliciarum ſpacia comparari vis penis ſempiternis. Centum ſi
placet annos delicijs demus adde ⁊ alios centum adde ⁊ decies cen/
tum. que erit ex his ad eternitatem compenſatio. Nonne omne tem/
pus vite huius quo delicijs frui videmur ⁊ indulgere libidini quaſi
noctis vnius ſomnium ad eternitatis comparationem videtur. Eſt
igitur aliquis qui vt vna nocte delectabile videat ſomnium eternas
eligat ſubire penas. ⁊ illud pro his recipere vel pro illis iſtud commu/
tare. Quid dicemus ad repoſitas penas. Quid dicemus ad hoc quod de
licie velut vmbra tranſeunt. pene vero eternaliter permanent. Etiam
ſi equale tempus ⁊ idem ſpacium delicijs eſſet poſitum ⁊ pene eſſet a
liquis ita ſtultus ⁊ demens vt eligeret vna die deliciarum vnum di/
em ſubire penarum cum ſoleat dolor vnius hore ⁊ quilibet corporis
cruciatus in obliuionem mittere ante preteritum tempus in volup/
tate tranſactum. ¶ Hec omnia Criſoſtomus vbi ſupra. O eternum
nunquam finem habiturum corporis ⁊ anime tam grande ſuppliciū
O mortuis perpetue indicibile tormentum. Quid enim referam de
te neſcio. Non enim poteris verbis exprimi. nec intellectu concipi. nec
corde comprehendi. Poſito enim quod eſſet vnus lapis de arena coagula/
tus ⁊ compactus tante quantitatis ſicut infra concauitatem octaue
ſpere poſſet contineri ⁊ quod poſt milleſies mille annos per diuinam po
tentiam vna arenula tolleretur. Et deinde poſt milleſies mille annos
adhuc vna. ⁊ ſic conſequenter donec totus lapis in nihilum redigere
tur nunquid conſumpto lapide eternitas predicta erit reuoluta. ſic quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

damnatorum anime tunc a penis liberabuntur. Reſpondeo tibi ⁊ di
co. ꝙ perpetuitas illa tunc erit inchoata. Nam finiti ad infinitum
nulla eſt proportio. Ut dicit Philoſophus octauo phyſicorum. Si
eñ hec cognoſcerent ⁊ preſcirent peccatores condemnati ꝙ dicto lapi
de conſumpto ab illis intolerabilibus quos ſuſtinent inferni cruciati
bus deberent eripi ⁊ totaliter liberari. miſerabiliter ſuper hoc redem
ptionis die deberent ſperare immo quodammodo ſperando congau
dere. ex quo ſciret finem ſuorum tormentorum poſt innumerabiles.
immo poſt incomprehenſibiles ⁊ infinitos fore annos q̄uis tar diſſi
me aduenturum. Illa eñ eſt maxima oim̄ penarum deſolatio ⁊ carē-
tia ois ſpei nunq̄ a penis redimi ſiue liberari. Nā ſicut dr̄ eſaie. xxiiij
Peccator deſolabit̄ in ſecula ſeculoꝝ. Uñ dr̄ Trenoꝝ. iiij. Periit fi-
nis meus ⁊ ſpes mea a deo. ¶ Item querit peccator Hieremie. xv.
Quare factus eſt dolor meus perpetuus ⁊ plaga mea deſperabilis.
Sup̄ quo p̄uerbioꝝ. xi. ſapiens ſic reſpōdet. Mortuo hoīe impio
nulla erit ſpes vltra. Intelligite hec q̄ obliuiſcimini deū ne infernus
aliq̄n rapiat, ⁊ nō ſcit q̄ eripiat. Ecce iam plane video ꝙ in inferno nul
la eſt redemptio pctōris. Chariſſime intelligis tu v̄bum ſapiēs conſi
lium de lapide ſupius tibi dictū. Dic mihi qd de illo ſentis qd iudi-
cas. qd definis puto veraciter ꝙ ratio nō poteſt diſſentire. q̄nimo vt
dicit̄ ſic in rei v̄itate. Cogita ergo varias terraꝝ p̄uincias ⁊ imagina
re regiones ſingulas. ꝑpende fluuios ⁊ maria mundū mēte circuit ⁊ to
tum pambula. Aſcende vſq̄ ad celū ⁊ oia ſic tranſuola. Iteꝝ deſcēde
in abyſſum ꝓfunditatem cōſidera. Ex q̄bus omnibus que celi ambi-
tu cōtinent̄ cōpone lapidem. ⁊ imaginare magnitudinis eius q̄titā-
tem. qua cordialiter intellecta Dic mihi chariſſime qd ſentis tunc de
lapide immo potius qd ſapis de ꝑpetuis. qd de infinitis pctōꝝ pe-
nis ⁊ morte. Eſtimo ꝙ taliter reſpondebis. Uere vere loqui neſcio.
Audiui ⁊ ꝯturbatus eſt venter meus a voce cōtremuerūt labia mea
grandem rem intelligo. ⁊ v̄itatem ꝓpoſitam video Uñ ammirari nō
ſufficio ſed pauore nimio mente cōtremiſco. Nam certiſſime timor ⁊
tremor venerūt ſup̄ me multiplices horroris. cōtexerunt me tenebre.
Quis eñ nō metueret q̄s nō expaueſceret q̄s anxietate cordis pene
non deficeret. q̄ mentetenus hūc lapidem diligenter ruminaret infini
tas pctōrum penas memoriter reuoluendo. Pone ergo eum velut ſi
gnaculū ſup̄ cor tuum. Ualde eñ vtile eſt ⁊ ꝓficuum tibi huiuſmo-
di lapidis nunq̄ obliuiſci. quatenus ſi diuinus amor te non corripit
et reuocat a malicia huiuſcemō i ſignaculū pene interminabilis ſaltē
te cohibeat aliquando a peccatis. O graue ſuppliciū miſerabile q̄ ſu

glendū O ſtigis exitiū lachrymabile q̄z metuēdum. Qđ ſtige torque
tur ſemꝑ nunq̄z morieť Semꝑ plecteť ꝛ nunq̄z finis habeť. Ex p̄di/
ctis clare patet ꝙ penarū incremētum ꝑ infinita ſecula nunq̄z finieť,
Huiuſmodi cōſideratio eternitatis pene infernalis cōuertit fuconez
marſilienſem q̄ cum eſſet excellens ioculator ꝛ vanitatibꝫ mūdi dedi
tus. vna dierū cepit cogitare de eternitate gehennalis pene ꝛ dixit in
corde ſuo Si tibi ꝓponať iacere in lecto molli ꝛ bn̄ ſtrato ita ꝙ nulla
neceſſitate cogēte inde recederes hoc nō poſſes ſuſtinere in eternū iace/
re in tali lecto delicato. quō ergo poteris ſuſtinere ſempiternam infer
nalem penam ſi contingat te in perpetuum illam fore paſſuruz Hac
vero conſideratione perterritus reliquit omnia ꝛ factus eſt monachꝰ
poſtea epūs Tholoſanus ꝛ vir eximie ſanctitatis. Item cōſideratio
perpetuitatis pene infernalis confortat hoīem ꝛ inducit ad pugnan/
dum cōtra diabolū Quis em̄ conſiderans ꝙ ſi deuictus fuerit ab eo
dem duceret ad tormentum ſempiteruum niſi viriliter pugnet vincať
Vn̄ narrat egeſippus de cladibus iudeorum ꝙ cum quidam de ſoci/
is Alexandri qui p̄erat magno exercitui videret contra cū innume/
rabilem exercitum ad bellandum preparatum ꝛ cū cibum ſumerent
ad confortationem ꝛ vinum ipſe in quodam ſolatio quaſi iocādo eis
dixit. Prandeamus nunc O viri ſtrennui. nam apud inferos ſumus
cenaturi. Quo verbo ſunt omnes animati ad fugiēdum illam cenaz
ꝙ tam viriliter pugnauerunt. ſic ꝙ de cūctis hoſtibus ſuis honorifice
triumpharunt ¶ Item a delectatōibus mundi retrahiť ꝛ diuellitur.
Vn̄ legiť in vitaſpatrum quendam ſenem dixiſſe Nutrix cū uult pu
erū ablactare. ꝛ dulcedine lactis abducere ad mām̄illam ponit ſina/
pium vel qnicquid aliud amarum qđ puer lactens guſtans ꝛ ꝑcipiēs
ſtatim retrahitur a dulcedine lactis Et ſic tu iunge amaritudinem ꝑ
petuam inferni delectutionibus huius mundi ꝛ proculdubio retra/
heris ab eiſdem. Vn̄ Job. v. Nunquid guſtare poteſt quis quod gu
ſtatum affert mortem amariſſimam hoc eſt penam ſempiternā. Jđo
dicit Proſꝑ in p̄ſenti vita Delicie tp̄ales dulces ſunt ꝛ tribulaōnes
amare. Sed q̄s libēter bibit tribulatōis potulum metuens ignem ꝑ
petuum gehēne. Aut q̄s contēnit dulcedinem ſeculi inhians bonis
ſempiterne vite. Vn̄ legiť in legenda bti Joannis euangeliſte. ꝙ qui
dam diuites ad p̄dicatōem eius cōuerſi omnia reliquerūt poſtea vi/
dentes ſeruos ſuos in gloria mūdi conſtitutos penitet eos ſua bona
reliquiſſe qđ beatus Joannes ꝑ ſpm̄ intelligens. Virgulas in aurum ꝛ
ſilices in gemmas orando cōmutauit. ſicq̄z eis omnia reſtituit dereli
cta. Poſtmodum q̄dam iuuenis a beato Joanne reſuſcitatus narra
uit eis de gloria quā amiſerūt ꝛ de penis infernalibꝫ q̄ eos expectaue

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

ſunt.quib* intellectis plurimū territi ꝛ aīo cōſternati oīa cōtemnen/
tes ad paupꝑtatē ꝓſtinā reuerſi ſunt ac mundū cū ſuis delicijs penit⁹
dereliquerūt. ¶ Jtē accidiā ꝓfugat ꝛ repellit. Vn̄ legit in vitaſpatrū.
ꝙ quidā frater dꝫ ſeni. Pater nimiū accidioꝛ ſic cōtinuo ſedēdo i hac
cella Senex rn̄dit. Nōdū vidiſti futura tormēta ꝑpetuo duratura.
nā ſi illa in corde tuo poſuiſſes ꝙ ſi cella tua vſqꝫ ad collū eēt v̄mib*
repleta ſuſtineres patiēter ꝛ nō accidiareris Et ergo cū oportꝫ pctōrē
aut eternā aut purgatoriꝫ acerbiſſimā ſuſtinere penā.vel in p̄nti cōdi
gnā agere pniam q̄s nō p̄eligeret hic ſuſtinere pniam ꝛ pati poti⁹ hic
quā ibi niſi oīno fuerit mēte alienatus.vn̄ Jſidor⁹ in ſynodo. Jntēde
aīo dolores quoſcūqꝫ tormētorꝫ quaſcūqꝫ ſcl'i penas quaſcūqꝫ dolorꝫ
acerbitates;compa hoc totū gehēnē leue erit oē qꝺ pate ris. Jtē ber/
nard⁹ in epl'a. Vigilias ames ꝛ ieiunia.manuūqꝫ labores. Sꝫ leuia
ſunt flāmas ꝑpetuas meditāti Recordatio tenebrarꝫ faciet nō horre
re ſolitudinē Si futurā de v̄bis cogitas diſcuſſionē nō diſplicebit ſilē
tiū fletus ꝛ ſtridoꝛ dentiū.faciles tibi reddit ꝛ culcitrā ꝛ mattā. Jtem
Aug⁹.in ſermone. Mens hūana mūdi hui⁹ illecebris ꝛ cōcupiſcēti/
is deuicta fugit laborē expetit voluptatē. Et vix ad hec deducit vt ſe
a prioris vite cōſuetudie excludat. Sꝫ cū incepit cogitare iudicij ne/
ceſſitatē ac penarꝫ eternaliū crudelitatē volūtariū bellū indicit paſſi
onib* mora vel ſpe p̄mij vel timore ſupplicij vim facit ꝓſtinis deſide/
rijs ꝛ violēter ipſa ſeipſam vincere cōtēdit. Jō dꝛ Abacuc.iij. Jngredi
atur putredo in oſſib* meis vt ſubter me ſcateat tp̄e videlicꝫ p̄ntis vi
te.ꝛ poſtea requieſcā in die tribulatōis Ecce q̄ꝫ fructuoſa ꝛ ſalubre ē me
ditatio pene infernal'. Vn̄ p̄s. Cōuertant pctōres in infernū.hoc ē ſu
per meditatōes illuc ſe trāſferāt viuētes.ne poſtmodū illuc deſcendāt
perpetue moriētes. Et ergo bn̄ dꝛ Daniel'.iij. Btūs q̄ intueris abyſ/
ſos videlicet ꝑ cōtinuā ꝛ iugē memoriā interne cōtemplatōis tormen
ta infernalia cordial'r intuēdo. Patet ergo ſufficiēter ꝑ p̄dicta ꝙ mul
tipl'x ē ꝛ varia infernalis pena.ꝛ q̄ꝫ vtilis ꝛ ꝓficua eſt ipſius memoria
Et ergo Errat hō vere q̄ cū bona poſſit habere Spōte ſubdit penas
infernaleſqꝫ cathenas. Jgnib* arſurus ex his nūq̄ꝫ rediturus.

¶ Finit terciū nouiſſimorū. Sequunt exēpla de penis inferni

¶ Ex horologio eterne ſapie de penis inferni.

Actū eſt aūt poſt hec.ꝛ ecce cepit diſcipul⁹ cogitare dies an
tiq̄s ꝛ ānos eternos in mēte hrē Nūqꝫ cū ꝓfunde ſe collige
ret ꝛ a ſenſibilib* ꝓut potuit intellectū abſtraxiſſet appāru

it in viſione fidei oculis a lõge quaſi q̄dam regio vmbroſa ignota et
multũ terribilis. Tuncq̄ tremefactus quidnã hoc eſſet inq̄reret reſpõ
ſum eſt ei. Regio hec vt vides diſtincta locus eſt penaꝝ futuraꝝ quē
diuerſe aīe poſt egreſſum a corꝑe pro diuerſitate culpaꝝ in penã ſorti
untur. quedã ad ipſaꝝ purgatõem. q̄dam vero ad eternã damnatõez
et ꝑut ſibi ea nũc demõſtrata fuerint. Hec aũt ꝛ his ſimilia tam horrē
da ꝛ inmania fuerint tormentoꝝ genera: vt nulla ſufficeret hec ling-
ua narrare aut nullus ſenſus mortaliũ poſſet ea plene eſtimare. Cuꝫ
aũt ad ſe rediſſet. ꝛ quaſi de alio mũdo: vt ſibi videbaꝰ ex motiua viſi
onis p̄ſentia veniſſet. nimio terrore ꝛ errore velut homo ſeminiuus a
liq̄diu iacēs in ſeipſo cõtabuit. Quedam aũt ex his ſolũ fidei oculis
cõſpexit. Reſpexit igiꝰ ꝛ ecce de p̄dictis locis fetor intolerabilis exori
ebatur. Vallei reſonare audiebanꝰ tenebre ꝑfundiſſime denſabanꝰ
et videbanꝰ ibi facies demonum horribiles. Ibi erat planctus ꝛ ge-
mitus ꝛ alternantia mala. impios ſine pietate diſcerpebãt. ab aquis
niuium tranſibant ad calorem nimium. Cõſiderabat inter hec equi-
tatem ꝛ magnitudinē iudicioꝝ dei ꝛ inter cordis ſe p̄mentis anguſti
as. ac ſudoris guttas q̄ ipſum ex horrore viſionis penetrauerat aduer
tebat. q̄m per que peccauerat quis. per hec ꝛ torq̄batur. Vñ ꝛ illi qui
in vita ſua inſenſate ꝛ iniuſte vixerãt ꝑ hec q̄ coluerãt tormēta recipie
bant. Raptores aũt ꝛ p̄dones ac eoꝝ cõplices ꝛ hi qui pauꝑes ꝛ ami
cos dei dũ adhuc viuerent ſpoliauerũt vel ꝑ exactões vel indebite pe
nas inflixerũt ad patibula q̄dam infernalia ſupra humanã eſtimatõ
nem penalia. rapti violēter ſuſpēdebanꝰ ꝛ ibidē torq̄banꝰ. nec tamen
moriebanꝰ. ſꝫ mõ indicibili cruciabanꝰ. Nõnulli etiã qui ſub habitu
agnino mentē occultauerãt leoninã q̄ velut canes rabidi ſeruis dei ꝑ
obprobria ꝛ maledicta. aut v̄ba turbatiua moleſti erãt ꝛ cõfrēs ſuos
iniq̄ ꝑſecutõe leſerãt ibidē a canibꝰ īfernalibꝰ amariſſimis morſibus
corrodebanꝰ. Ibi ſuꝑbi ſepultura aſini in īferno deſpectiue ſepelieban
tur ꝛ tãq̄ cadauera putrida ignita ꝓiecti obꝓbrio ſempiterno q̄d nun
q̄ delebiꝰ adijciebanꝰ. Et ꝓ gl'a tp̄ali ꝛ mētis elatõe q̄ ceteros inflati p̄
ite ambiebãt tãta penaꝝ mole ac põdere p̄mebanꝰ q̄tuꝫ q̄s p̄mi poſ
ſit q̄ maximã turrim ſup̄ ſe haberet. Bibuli v̄o ꝛ crapuloſi q̄ vētri ſuo
ſeruierant velut lupi famelici fame incredibili ac intolerabili afflige-
banꝰ cupiētes guttã minimã aque frigide ꝓ refrigerio lingue ſue flãma
rũ incēdio aduſte recipe ꝛ nemo illis dabat. Sꝫ demones teterrimi cũ
ſituľ ardētibꝰ iuxta eos ſtabãt ꝛ potũ quedã ſulphureũ plũbo liq̄fcõ
ſilem nimio calore eſtuãte ꝑ os eoꝝ in ventrē ꝓfuſe fortiter īfundebãt
Luxurioſi q̄ꝗ ꝛ q̄ in delicijs carnē ſnã enutriuerãt ꝛ in obſtinatione
ſua ꝑdurauerãt a ſerpētibꝰ deuorabanꝰ ꝛ a bufonibꝰ ignitis aculeis

vſqꝫ ad viſcera torq̄bant. Qui carnali ac terreno amore dediti fuerāt
vtriuſqꝫ ſexus terrā infernalē ꝑ dolore mordebāt q̄m eos demones ni
miū affligebāt. nā ſpicula ignea habētes. ⁊ eſtu vehemētiſſimo eos in
ſequētes vulneribꝫ eos ſeuiſſimus repleuerunt. Sꝫ ⁊ ſocios in culpa
ſocios habuerūt in pena Supra modū aūt cupidi ⁊ auari ac queſtu-
arij male torq̄bant nā in foueis metallis bulliētibꝫ plenis balneabā-
tur ⁊ exilire cupiētes abſqꝫ miſcōia reimpingebant Judicium duriſſi
mū his q̄ preerāt fiebat fortioribꝫ āt fortior inſtabat cruciatio ⁊ potē
tes ibi tormēta patiebant potēter O q̄s dicere q̄at q̄ꝫtum ibi iudices
impij rcōres iniq̄. clerici turpis lucri. cupidi monachi laſciui laici vio-
lenti mulieres ꝓcaces ſaltatrices ⁊ ambitioſe ⁊ diuerſe q̄qꝫ falſi chri-
ſtiani penas varias habuere N cu q̄ꝫ miſerabiles rugitus ⁊ clamores
dabant lamētabiles. ita vt ſola viſionis huius afflictio omnē penam
mundi quodammodo excidere videretur Nā ⁊ multitudo viſoꝝ in-
fernales ⁊ audaces leones ⁊ noui generis aīalia ira plena. ignoteqꝫ be
ſtie vaporem igneum ſpirantes odorem fumi proferētes ⁊ horrēdas
ſcintillas ab oculis emittentes amariſſime eos dilaniauerant. Tādē
multi ex his in puteum abyſſi de quo fumus horribilis ⁊ fetor intole
rabilis exibat ꝓiiciebantur. aſpectus eorum velut ferrū candens in
modum fauillarum exardebant. ⁊ a demonibꝫ reimpingebantur cō
manducantes linguas ſuas ꝑ dolore. ⁊ blaſphemabant deum celi ꝑ
doloribus ſuis ⁊ vulneribus. ⁊ non egerunt penitentiam ex operibus
ſuis. vinculis tenebraꝝ ⁊ lōge noctis cōpediti. in obſcuro ⁊ tenebroſo
obliuionis velamento tenebantur. Sonitus deſcēdens cōturbabat
eos. ⁊ ꝑſone triſtes apparētes pauorem eis incutiebāt. nec ſideꝝ limpi
de flamme illuminare poterant noctem illam horrendam vna enī ca
thena tenebraꝝ oēs colligati erāt Omnis orbis terrarū limpido illu
minabatur lumine ſolis. illis aūt ſuperpoſita erat grauis nox imago
tenebrarū. Ipſi aūt ſibi erant grauiores tenebris fumus tormētoꝝ
ipſorū aſcenſurus eſt in ſecula ſeculorū. Poſt hec vox quedam deſuꝑ
quaſi tonitruum audiebatur que inſultando ⁊ quaſi exprobrādo dice
bat. Vbi nunc ſunt hi qui ab initio a diebꝫ antiquis mūdo huic toto
ſeruierāt deſiderio q̄ voluptuoſe viuētes varijs deſiderijs ſe ſubdide-
runt. Eia quid profuerūt illis nūc omnia que tanq̄ꝫ vmbra velociter
pertrāſierūt q̄ꝫ breuis delectatio tam longam reſtem poſt ſe trahit e-
terne miſerie O ſtulti ⁊ vecordes vbi nūc verba illa q̄ cum leticia tan
ta ⁊ corde tripudio dicere ſolebatis. veite ⁊ fruamur bonis q̄ ſunt vta
mur creatura tanq̄ꝫ in iuuētute celeriter Quid iuuāt nunc dulcia vni
uerſa quibus tam celeriter ꝑfruiti eſtis Siq̄dem nūc ac cōtrario plā
gere vobis cōuenit ⁊ plangendo exclamare ac dicere. ve ve nobis iam

nūc ⁊ in eternū qr nati ſumus nec vltra mori valemus. Ue qr male
torq̄mur nec a tormētis vnq̄ꝫ liberabimur. O q̄s eſt q̄ iſta recogitet
ſupplicia ⁊ nr̄a ad cor poīt tormēta. Hec em̄ talia ſunt vt q̄cq̄d in mū
do horribile excogitari poſſet his cōpari nō valeret. O q̄ꝫ felix incoin
quinatꝰ q̄ poſt gaudia huiꝰ mūdi nō abījt q̄ nō reſpexit in vanitates ⁊
inſanias falſas. Nos inſenſati vitā illoꝝ eſtimabamꝰ inſaniā ⁊ finē
illoꝝ ſine honore: quō cōputati ſunt inter filios dei ⁊ īter electos ſors
eoꝝ eſt. Ergo errauimus a via v̄itatis ⁊ iuſticie. lumē nō luxit nobis
et ſol intelligētie nō eſt ortus nobis. laſſati ſumꝰ a via iniq̄tatis ⁊ ꝑdi
tionis ⁊ ambulauimꝰ vias difficiles viā aūt dn̄i ignorauimꝰ. Quid
nobis ꝓfuit ſuꝑbia aut q̄d diuitiaꝝ iactātia cōtulit nobis. trāſierunt
oīa illa tanq̄ꝫ vmbra trāſijt q̄d tꝑale fuit. ſꝫ prochdolor nūc remanſit
q̄d in eternū manebit. O eternū nunq̄ꝫ finē habituꝝ ꝑpetuū mortis
ſuppliciū O finis ſine fine. mors grauior om̄i morte ſꝑ mori. ⁊ tn̄ non
mori poſſe. o mi pater dilecte q̄ me ī hūc mūdū genuiſti: o dulcis ma
ter q̄ maternis vberibꝫ me lactaſti. o vos oēs amici mei ⁊ ſocij dilecti.
valete nūc viſcera mea qr hec ē hora illiꝰ ſeꝑatōis amariſſime q̄ amari
or ē oī morte vale tellꝰ valete ſocij q̄s tā benigno fauore colui. en duci
mur ad horrendū infernale ſuſpendiū. ad ſuppliciū trahimur metuen
De hac au̅t ꝑhenni vita certi eru̅t ⁊ ſecuri ꝙ nu̅qꝫ in ꝑpetuu̅ erit amit
tenda. Eſaie.xxxij. Securitas erit vſqꝫ in ſempiternu̅ Ite̅ Ezechielis
xxxiiij. Habitabu̅t co̅fide̅ter abſqꝫ vllo timore. Et puerbioruꝫ p̄mo.
Qui me audierit abſqꝫ terrore req̄eſcet ⁊ abu̅dantia ꝑfruetur maloꝝ ti
more ſublato. Unde Auguſtinus. Beatitudine̅ oi̅m bonoru̅ celeſti/
um ꝑficit ſecuritas eterna.que ſi ſola deeſſet omnia bona celeſtis quo̅
tumcu̅qꝫ dulcia vaneſcere̅t ⁊ vileſcere̅t ex timore amittendi. Et ergo
aſſecurando dicit dn̅s Joannis.viij. Gaudium veſtrum nemo tollet
a vobis O domus dei ciuitas regis magni q̄ꝫ innumerabilia q̄ꝫ gran
dia ⁊ eternalia ſunt cuncta tua gaudia. q̄ꝫ multe tue leticie. q̄ꝫ felices
tue incole. Uere vere Beati qui habitant in domo tua domine:nam
in ſecula ſeculorum laudabunt te. Quis enim ignorat compos men/

tis ſue. ꝙ cetus in excelſis te laudat celitus omnis. Huius autem le-
ticie ſeu celeſtis glorie perpetuitas indeficiens ex hoc perpenditur q̄a
oliue comparatur. Unde Ozee triceſimotercio. Erit quaſi oliua glo
ria eius. Oliua eñ indeficienter tam in hyeme q̄ȝ in eſtate ſemper vi-
reſcit. Et ideo indefectibilem eternam iſtius glorie permanentiaȝ de
ſignat que ex diuturnitate non deficit. ſed magis innouatur. De hac
eterna gloria ſic dicit Criſoſtomus in libro de reparatione lapſi. Que
erit voluptas que leticia eſt cum chriſto cum anima ad propriam ge
neroſitatem regreſſa cum fiducia iam ceperit dominum ſuum videre
Explicari non poteſt illius leticie magnitudo. Non enim ſolum pro
his exultat quibus perfruitur tunc in preſenti. Sed multomagis ꝑ
eo gaudet ꝙ bonorum ſuorum ſcit nullum finem futurum. Et quis
erit participes tante glorie ſine fine permanſure. Certe gloria hec eſt
omnibus ſanctis ſuis. Nam ſancti exultabunt in gloria. letabuntur
in cubilibus ſuis. Unde qui chriſti veſtigia ſecuti fuerunt in terris cū
ipſo regnabunt in gloria ⁊ honore coronati eternaliter in celis. O di
lecte mi q̄ȝ ineffabiliter tunc gaudebis ſi ad illa gaudia in eterna glo
ria fueris tranſlatus. Tunc vtiqȝ dices exclamando illud Eſaie ſexa
geſimoprimo. Gaudens gaudebo in domino ⁊ exultabit anima mea
in deo meo. quia induit me veſtimentis ſalutis. Veriſſime ſicut ſcribi
tur Job viceſimoſecundo. Tunc ſuper omnipotentem delicijs afflu-
es ⁊ eleuabis ad deum faciem tuam ⁊ iñ vijs tuis lumen ſplendebit.
De quo habetur Eccleſiaſtici vndecimo. Dulce lumen ⁊ delectabile
eſt videre ſolem id eſt chriſtum. quem cognoſcere ⁊ intueri excellit om
ne gaudium huius mundi. Nec mirum quia eius viſio ⁊ noticia eſt
ſanctorum gloria ⁊ vita ſempiterna. Unde Joannis decimoſeptimo
Hec eſt vita eterna vt cognoſcant te ſolum deum verum ⁊ quem miſi
ſti ieſum chriſtum. qui ad cognitionem hanc peruenerit ipſum deum
facie ad faciem videbit. ⁊ cognoſcet eum ſicuti eſt ſm̄ eſſe diuinum qḋ
erit gaudium excellentiſſimum. fons ⁊ origo omnium gaudiorum.
Hinc eſt ꝙ beatus Bernardus dicit in ſermone. Reuera illud eſt ve
rum ⁊ ſummum gaudium quod non de creatura. ſed de creatore con
cipitur quod vtiqȝ fiet quando tibi faciem ſuam oſtenderit. Et ergo
propheta exoptādo dicit. Faciem tuam domine requiram. faciem in
q̄ȝ gratioſam omnibus gaudijs plenaȝ Heu mihi quia incolatus me
us prolongatus eſt. q̄ȝdiu carebo tanto bono ⁊ vſqȝquo ſic ſubtrahor
a deo ſalutatore meo. Fuerunt mihi lachryme mee panes dit ac nocte
dum dicitur mihi quotidie vbi eſt deus tuus. Quando videbo ⁊ ap-
parebo ante faciem dei mei qui letificat me in gaudio cum vultu tuo
Vere hec viſio, qua deus facie ad faciem videtur tercium celum ē. Et

R dici poteſt paradyſus centum millium paradyſorum. Ubi ex fonte
limpidiſſimo. ⁊ ex aqua viua ſic vita labitur beata. Hinc eſt quod ſcri-
bitur Eſaie ſexageſimo. Tunc videbis (ſupple faciem dei) ⁊ afflues de-
licijs ⁊ gaudijs ſempiternis. ⁊ mirabitur ⁊ dilatabitur cor tuum. O
quam bonus iſrael deus his qui recto ſunt corde qui tot ⁊ tanta gau-
dia ipſis quaſi gratis vult conferre. O amice predilecte. Illa libens
audis ⁊ ad hec pia gaudia gaudes. Non tamen ignores per magnos
iſta labores. Sanctis acquiri nec fortuitu reperiri. ¶ Unde Gregori-
us in omelia. Delectat mentem magnitudo premiorum ſed non de-
terreat certamen laborum. Ad magna premia quis peruenire non po-
teſt niſi per magnos labores. Unde beatus Paulus egregius predi-
cator dicit. Non coronabitur niſi qui legitime certauerit. Unuſquiſ-
qꝫ enim propriam mercedem accipiet ſcdm ſuum laborem. Sed pleri-
qꝫ ſunt qui nolentes bene viuere. tamen deſiderant bene mori. Sci-
unt enim ꝙ precioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. Eti-
am cognoſcant ꝙ cum dederit dilectis ſuis ſomnum. ecce hereditas
domini ⁊ cetera. Similiter ⁊ ipſi ſciunt ꝙ beati qui in domino mori-
untur volunt eſſe participes cum eis quibus dominus dixit. Vos
eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus ⁊ tribulationibꝫ vo-
lunt regnare cum chriſto ſed nolunt ſecum pati. Talis erat Balaam
ariolus qui conſiderans caſtra filiorum iſrael ⁊ intelligens eterne be-
atitudinis promiſſionem eis a domino factam dicebat. Moriatur
anima mea morte iuſtorum ⁊ fiant nouiſſima mea horum ſimilia fi-
nem eorum appetens glorioſum ſed labores abhorrebat quibus glo-
ria merebatur. O bone ieſu volumus tibi omnes conregnare nolu-
mus autem compati ⁊ tecum laborare. Tu elegiſti paupertates ⁊ mi-
ſerias. nos vero voluptates ⁊ delicias. Tu quod carni aſperius. nos
autem quod commodoſius. Unde Bernardus. Noſcit dei filius in
cuius arbitrio erat quodcunqꝫ vellet eligere. tempus elegit quod car-
ni eſt moleſtius preſertim paruulo ⁊ pauperis matris filio que vix pan-
nos haberet ad inuoluendum preſepe ad reclinandum ⁊ cum tanta
eſſet neceſſitas nullam audio fieri pellium mentionem. Chriſtus ita-
qꝫ qui non fallitur elegit quod carni moleſtius eſt id igitur melius.
id vtilius. ⁊ id potius eſt eligendum. Et quiſquis aliud ſuaſerit vel
docuerit ab eo tanquam a ſeductore eſt cauendum. Ipſe etenim fratres eſt
promiſſus olim per Eſaiam prophetam. Paruulus ſciens reproba-
re malum ⁊ eligere bonum. Malum igitur voluptas corporis. Bo-
num vero afflictio eiuſdem eſt ſiquidem ⁊ hanc elegit ⁊ illum repro-
bauit puer ſapiens verbum ſanctum. Hec omnia Bernardus. O
dilecte puer tu ab initio elegiſti afflictiones corporales ⁊ patiendo volu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

iſti intrare gloriam tibi ꝓpriã ſed nos in delicijs viuẽdo volumus in/
trare gloriã alienã. O ꝙ̃ ſtulti ſumus ⁊ tardi corde ad credendũ vo/
lumus hic gaudere cũ ſeculo ⁊ poſtea regnare cũ chriſto. Dñs nudus
ingredit̃. ſeruus ſupfluitate veſtiũ auri ⁊ gemmarũ onuſtus introibit
Jlle ieiunus. iſte crapula ⁊ luxuria plenus ille in cruce ꝓ iſto moriẽs
ille pro illo in lecto delicate dormiens. Qđ dñs nõ fecit faciet hoc ſer
uus certe nõ. nec etiam videtur conſonũ rationi. Audi qđ loquit̃ poe
ta. Jn cruce ſudauit dominus ſeruus ne quieſcet. Tolle tuã. tulit ipſe
ſuam guſtauit acetum. Fac idem non maior erit reuerentia ſerui quã
domini. Si vis eſſe ſuus ſecutor. oportet tormenta tormentis ſequi
non itur ad aſtra delicijs. Jdeo mortẽ quã ſoluere debes nature ꝑſol
ue deo moriaris in illo. Rumpe moras igitur impone ſilentia carni
Delicias ſuſpende tuas ⁊ currat ad arma. Prompta manus plan/
gatqꝫ moras dilata voluptas. Nã ſicut dicit Hieronymus in epiſto
la ad Julianũ. Difficile immo impoſſibile eſt: vt ⁊ pñtibꝫ qs fruatur
bonis ⁊ futuris vt hic ventrẽ ⁊ ibi mentẽ repleat. ⁊ de delicijs ad deli
cias tranſeat ⁊ in vtroqꝫ ſeculo ꝓ̇mus ſit ⁊ in terra ⁊ in celo appareat
glorioſus. Jtẽ dicit idem in alio loco. Jmpoſſibile eſt delicijs affluere
et chriſtũ ſequi natura denegat vt cõtraria miſceant̃. Nõ poſſumus
deo ſeruire ⁊ mãmone. aut ego fallor aut ipſi in fine decipient̃ q̇ mihi
mõ nõ credũt. credũt cũ diuitie ſue trãſierũt in egeſtatẽ. Diues epula
bat̃ quottidie ſplẽdide. hic indutus purpura ⁊ byſſo ſed mortuus. qđ
Moyſi noluit credere poſtea in tormẽtis poſitus ſenſit. Jſtud etiã in
nuere videt̃ btũs Bernardus in colloquio Simonis petri ⁊ Jeſu v/
bi taliter inquit Abraham ait diuiti epuloni Tu recepiſti bona in vi
ta tua ⁊ lazarus ſimiliter mala. nũc aũt hic conſolat̃ tu ỽo cruciaris.
Quid dicemꝰ ad hec Si talis ẽ finis ⁊ tale iudiciũ vbi extrema gau/
dij luctus occupat Nunqđ preferẽda ſunt in hoc ſeculo mala bonis
quippe nec illa vera bona. ſed iſta vera potius Salomonis ſententia
Melius eſt ire ad domũ luctus ꝙ̃ ad domũ cõuiuij. Ceterũ ſi ſic cru
ciandi ſunt q̇ in vita ſua bona receperũt ⁊ habẽtibꝫ cõſolatõem pñtẽ
vt impoſitũ ſempiternũ q̇ſnam eorũ poterit eſſe finis ſi ſcđm multitu
dinem cõſolationum ſuarũ dolores apprehẽderint aĩas miſerorũ. Con
ſequens eñi videt̃ vt bona omnia ⁊ omnem ſeculi huius recipientis
conſolationem nihilominus vniuerſum ve ⁊ vniuerſi maneant cruci
atus. At vero illud eque ⁊ eadem abrahe ſententia conijciendum vi/
det̃. Omnes q̇ contrario dicto ſpiritu vite pñtis omnia bona reſpuũt
et mala eligũt oĩa bona dñi ⁊ oẽm habituros cõſolatõem. Hec omĩa
Bernardꝰ vbi ſupra. Rennuat ergo conſolari anima tua in hoc mũ
do in hac lachrymarũ valle in terra laboris ⁊ miſerie Nã vt omnibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

qui hic recipſunt conſolationem ſuam. Contemne tranſitoria fugeqꝫ delicias ⁊ gaudia mundana. Tibi em̄ abſit gloriari niſi in cruce do-mini noſtri ieſu chriſti. Unde Petrus bleſenſis ſuper Job ad regem Anglie ita dicit. Putaſne aliquis in preſenti vita gaudeat ⁊ in futu-ra ſi tamen gaudium debeat dici quod turbatur aſſidue ⁊ deſpergi-tur amaritudine preſenti nimis delicatus es ſi vtramqꝫ preſumis vti ſeculo ⁊ frui chriſto preſentis mundi delicias capere ⁊ nihilominus ce-leſtis glorie diuitias obtinere. Audiſ quid dictum ſit illi diuiti in euā-gelio qui cruciabatur in flamma ⁊ lingue ardentis refrigerium poſtu-labat. Fili recordare quia recepiſti bona in vita tua ⁊ Lazarus ſimi-liter mala. hic igitur conſolatur. tu vero cruciaris. O qꝫ diſſimile pre-mium merito poſſumus reputare inſanos ſanctiſſimos reges ac pro-phetas. apoſtolos. martyres. confeſſores. teneras ac delicatas virgi-nes. qui omnes ſpretis diuitijs ac conculcatis delicijs huius mundi ſeipſos pro chriſto tribulationibus ⁊ morti obtulerunt. ſi gloriam et honorem quam adepti ſunt in anguſtia ⁊ dolore potuiſſent in volup-tatibus ⁊ delicijs obtinuiſſe. Hec ille Petrus bleſenſis. Vere frater vere quicquid dicatur firmiter hoc tene ꝙ celum non aliter ſcandes ni-ſi quod docuere apoſtoli teneas ore moribus ⁊ fide. Et quid docue-runt illi. Nonne ſobrie ⁊ iuſte viuere. humilitatem ⁊ patiētiam. cha-ritatem ⁊ conſtantiam. ac ceteras virtutes totis viribus obtinere mū-dum ⁊ qui mundi ſunt deſpicere. diuitias ⁊ delicias fugere. penitenti-am agere. in tribulationibus ⁊ miſerijs letari ⁊ gaudere. Tu quoqꝫ fac ſimile ⁊ viues. eſto quoqꝫ forti animo in omnibus laboribus an-guſtijs ⁊ penis. In proximo em̄ eſt ꝙ a domino cureris. labores forti-ter ſicut bonus miles chriſti. ⁊ ne cogites intra temetipſum aliquan-do ſic dicens. Multus ⁊ immenſus eſt labor meus. ego autem ſum minimus ⁊ infirmus valde nec valeo in hoc propoſito finaliter perſe-uerare. Audi verba Hieronymi in epiſtols ſic dicentis. Nullus la-bor durus. nullum tempus longum videri debet quo eternitatis glo-ria acquiritur. Unde Criſoſtomus ſuper Mattheum. Si qs iam laborioſam exiſtimat vitam ſue deſidie eſt accuſator. Si em̄ minaces pelagi fluctus nautis. ſi tempeſtates atqꝫ hyems agricolis. ſi vulnera cedeſqꝫ militibus. ſi grauiſſimi ictus plageqꝫ pugilibus leues viden-tur ⁊ tolerabiles propter ſpem temporalium ⁊ pretereuntium com-modorum multomagis cum celum preparatur in premium. nihil ex preſentibus aſperitatibus debeat ſentire. ac maxime labores mitigat in benignum venire finem. Ne aſpicias ꝙ via eſt aſpera. ſed quo du-cit. ⁊ aliam quia lata eſt. ſed vbi deſinit. Certe iam video ꝙ dormien-tibus non prouenit regnum dei. nec ocio vel deſidia torpentibus bea-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

citudo eternitatis ingeritur: Ut dicit Leo papa in ſermone. ſed ſicut
ſcribitur Matthei viceſimo. Regnum celorum vim patitur ⁊ violē
ti capiunt illud. Unde quidam. De regno celi non credit mente fide
li. Inſipiens ⁊ hebes ſed tu bene credere debes. Chriſto dicenti rapi/
unt illud violenti. Scilicet auſteri ſe caſtigando ſeueri. Mollis ſper
nentes ⁊ carni vim facientes. Item ſuper hoc dicit alius poeta. Aſper
erit victus. aſper labor. aſper amictus. Aſpera cuncta tibi ſi vis ſuper
ethera ſcribi. Ecce iam patet manifeſte ꝙ ſicut ſcribitur Actuum de/
cimoquarto. Per multas tribulationes oportet nos intrare regnum
celorum. O quam bene attendebat hoc beatus Auguſtinus ꝙ non
niſi tormentis itur ad aſtra dei. Unde dicit. O anima mea ſi quoti/
die oportet nos tormenta perferre. ſi ipſam gehennam longo tempo
re tolerare: vt chriſtum in ſua gloria videre poſſemus ⁊ ſanctis eius
ſociari. Nonne ergo modo dignum eſt pati omne triſte: vt tanti boni
tanteq; glorie participes habeamur. Inſidientur ergo demones. pa/
riūt ſuas tentationes. frangant corpus ieiuniis. premant veſtimenta
cilicina. labores grauent. vigilie exſiccent. inclamet me. iſte inquietet
me ille vel ille. frigus cōtrahat calor adurat. caput doleat. pectus are
at. infletur ſtomachus. palleſcat vultus. infirmetur homo totus ⁊ defi
ciat in dolore vita mea. ⁊ anima mea in gemitibus. Ingrediatur pu/
tredo in oſſibus meis. ſubter me ſcateat: vt requieſcam in die tribula/
tionis. ⁊ aſcendam ad populum accinctum noſtrum ¶ Item Petrus
bleſenſis. Fatiſcant membra mea vigiliis. extenuentur ieiuniis. labo
re frangantur. liqueſcant in lachrymis oculi. immo ſi totum cerebrū
et medulle corporis in fletum effluant. non ſunt tamen condigne paſ
ſiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in no/
bis. O ſi ſciret homo quid ⁊ ipſe ⁊ quid deus eſſet Mille pati mor/
tes crederit eſſe nihil. Ecce que ⁊ quanta ſunt hilariter pro deo ſuſti
nenda libenter ergo ſuſtine ⁊ gaudenter patiare. Exemplum accipe
in latronibus ⁊ maleficiis ad mortem diiudicatis qui gauderent ſi ꝑ
abſcidenda auricula poſſent euadere mortem corporis multomagis
gaudere debes ſi euadere poſſes mortem anime. ⁊ acquirere gloriam
eternalem. Unde Eccleſiaſtici ſexto. Exiguum laboris ecce peniten/
tie paruitas ⁊ cito edes de generationibus illius videlicet de fructi/
bus glorie qui generantur ex labore penitentie. Item Sapientie ter
tio. In paucis vexati ecce laboris exiguitas. in multis bene diſponen
tur. Ecce magna remuneratio ⁊ premium que exinde ſequuntur.
Unde beatus Effrem. Si inquit modicus eſt labor inſtitutionis
noſtre fratres chariſſimi ⁊ magna eſt requies. parui temporis afflic/
tio. ſed retributio eius. videlicet delicie paradyſi ⁊ exultatio ⁊ leticia

in ſeculum ſeculi permanebunt. Jdeo dicit Sapiens Eccleſiaſtici vl/
timo. Uidete oculis veſtris quia modicum laboꝛaui. ⁊ inueni mihi
multam requiem. Et ſic clare patet ꝙ breuis eſt iſte laboꝛ. ⁊ pꝛemia
multa laboꝛum. Fac ergo libenter atqꝫ voluntarie immoꝛtalis futu/
rus pꝛo vita perpetue duratura que gratanter faceret homo moꝛitu/
rus pꝛo tempoꝛali vita ad modicum differenda. Et ergo finaliter cō
cludendo patet aliqualiter ex ſuperius allegatis ꝙ hec nouiſſima vi
delicet moꝛs. iudicium. gehenna ⁊ gloꝛia. omnes qui continuam ⁊ iu
gem habent eoꝛum memoꝛiam valde. ⁊ multipliciter reuocantur a
peccatis. Sed pauci iſta ponderant ⁊ rariſſime ea cogitant. ſeu conſi/
derant. omnes putant diu viuere ⁊ in ſenecta vberi penitere. iudicem
placare. infernum fugere. ⁊ ſic celeſtem gloꝛiam in delicijs viuendo ⁊
ocijs acquirere tandem ⁊ eternaliter poſſidere. Non ſic impij non ſic
hoc argumentum non concludit. immo fallit. ⁊ illud pꝛout ſatis luci
de patet per pꝛedicta. Et igitur omnes ſeducimini ⁊ niſi penitentiam
egeritis ſimul peribitis. ⁊ moꝛiemini in peccatis. Unde ſcribitur Ec
cleſiaſtici ſecundo. Si penitentiam egerimus incidemus in manus
dei. ⁊ non in manus hominum. Sed pꝛochdoloꝛ quis penitet. quis
peccata deflet. quis ſubuenit pauperi. quis miſeretur inopi. quis cō/
patitur miſeris/quis cogitat de futuris. Penitus nemo. nam fere to
ta generatio pꝛaua eſt atqꝫ peruerſa que non direxit coꝛ ſuum in bo/
num. immo potius in malum. Omnes terrena ſapiūt ⁊ que ſua ſunt
querunt. non que ieſu chꝛiſti. Munera diligunt virtutes fugiunt. et
ſicut iumenta in ſtercoꝛibus. ſic ⁊ ipſi in peccatis multiplicibus miſe
rabiliter computreſcunt. Coꝛrupti ſunt abominabiles facti ſunt in
iniquitatibus ſuis. Jam dominus de celo pꝛoſpexit ſuper filios ho/
minum: vt videat ſi eſt intelligens aut requirens bonum. Sed om/
nes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt nec eſt qui faciat bonum.
vix etiam vſqꝫ ad vnum. Ecce iam impletum eſt tempus. iam adue/
nit mirabilis ille mundi ſtatus. De quo habetur Michee ſeptimo.
ita vbi pꝛophetatur. Perijt ſanctus de terra ⁊ rectus in hominibus
non eſt. Omnes enim in ſanguine inſidiantur vir fratrem ſuum ve/
natur ad moꝛtem. malum manuum ſuarum dicunt bonum. qui op/
timus ē in eis quaſi pſalmus. ⁊ qui rectus quaſi ſpina de ſepi. Quid
plura. nolunt ſcire ⁊ intelligere vt bene agant. nec oculos aperire vt cla
re videant. ſic excecauit eos malicia eoꝛum. O ſtulta malicia. o mala
ſtulticia voluntarie vitam fugere. moꝛtem diligere. ſperare bonum.
agere malum. deumqꝫ contemnere. ⁊ demoni obedire. Chariſſime cur
pꝛopꝛium caput enſe ſecas. Cur ſponte cathenas demonis incurris.
Cur ſua iuſſa facis. Exurge exurge euigila ⁊ vide Relinque diabo/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

lum. fuge demonem. ne poſtea cum ipſis eternaliter contẽnaris Mi
ror ⁊ ammiror ꝙ homo qui pre ceteris eſt creatura rationalis in nul
lo quaſi ſequitur iudicium rationis ſpernẽs ſalubria, affectans noxia
querens ⁊ deſiderans mortifera ⁊ nociua O deus eterne que cauſa
talis dementie que ratio tante fatuitatiſqꝫ inſanie. Cur anima mor
tem tam prono corde requirit. Cur ſibi quod tollit viuere captat ho
mo. Vere vere gens abſqꝫ conſilio ẽ ⁊ ſine prudẽtia Ac vtinã ſaperẽt
et intelligerẽt ac nouiſſima prouiderent.

Finiunt quattuor nouiſſima

Sequunt exẽpla de gaudijs regni celorꝫ

De gaudijs regni celorum Ex libro apum.

Vidi in Brabantia mulierem diuitem ⁊ honeſtam poſſeſ
ſam a demonio Quam cum rogante presbytero religioſo
vt eam viſitarem inuenimus eam a vexatione demonis
quieſcentem ⁊ ſenſate loquentem vt ſanam Tunc occulte nemine ad
uertente verſum cantici Moyſi in Deuteronomio ſcm ꝙ olim a ſan
cto quodam viro audieram tercio repetiui ad prouocandum demo
nem in obſeſſa. Deum qui te genuit dereliquiſti. ⁊ oblitus es domi
ni creatoris tui. Nec mora mulier pallere cepit labijs atqꝫ vultu ⁊
due vene in collo eius ad groſſiciem pollicis intumeſcere. Tunc ego:
inique quare peſſime vexare feminam preſumpſiſti Mortuo, inquit,
viro ſuo compaſſa in ſubſidium illius anime contulit quicquid boni
fecerat in hac vita. ⁊ hac nacta occaſione vas vacuum mox intraui.
Cui ego. mentiris miſerrime. ex hoc eñ quod dedit mediante chari
tate cumulatum eſt bonum eius. Et ille cum cachinno. Mendax in
quit ſum nec mirum, ſi mentior. Mox ego. Et illa eſt tam pulcra ſi
cut dicitur celeſtis patria quã perdidiſti. Et reſpõdit. Infinitũ pul
crior quam dicatur. Et ego. Velles ne redire ad illam patriam ſi poſ
ſes. Et ille. Vellem inquit ꝙ poſſem vſqꝫ in diem iudicij omnia exco
gitata ſupplicia ſuſtinere. Cui dixi. Et ego promitto tibi in periculũ
ſalutis mee promiſiſſe ſi mendax inueniar illam perditam gloriam
recuperare te poſſe ſi tantum hec dixeris. Domine deus meus pecca
ui ignoſce mihi. Et mox ille cõtorto collo exclamauit honorifice. Do
mine domine. Cumqꝫ hoc ſepius cum clamore valido perſonaret nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

vltra in verbis procederetur. Impoſſibile enim ſciebam illi vt deum
ſuum dominum recognoſceret ⁊ ſe fateretur peccaſſe atqꝫ ſibi precare
tur ignoſci tandem ſubiunxit. Domine deus margarete ſic enim ob=
ſeſſa mulier vocabatur deum recognoſcere dominum ſuum indigna=
tus. Tunc ego ad illum. O infeliciſſime omnium creaturarum ſup=
bia eliſit te. ⁊ de celo depulit te redire inexpiabilis ſuperbia non pmit
tit. nec mora confuſa obmutuit. Et poſt paucos dies non tamen tunc
feminam dereliquit.

Aliud ex dialogo Gregorij.

¶ In Tudertina vrbe in qua Fortunatus vir dei erat epiſcopus.
Marcellus quidam bone actionis vir cum duabus ſororibus ſuis
habitauit. Qui eueniente moleſtia corporis ipſo ſacratiſſimo veſpe=
raſcente iam ſabbato paſchali defunctus eſt. Cuius corpus cum lon
gius eſſet efferendum die eodem ſepeliri non potuit. Cumqꝫ mora eſ
ſet temporis ad explendum debitum ſepulture ſorores eius morte il
lius afflicte cucurrerunt flentes ad Fortunatum venerabilem ei ma=
gnis vocibus clamare ceperunt. Scimus ꝙ apoſtolorum vitam te=
nes. leproſos mundas. cecos illuminas. veni et reſuſcita mortuum
noſtrum. Qui mox vt cognouit fratrem earum defunctum. flere eti=
am cepit ipſe de morte ipſius reſpondit dicens. Recedite ⁊ hoc dice=
re nolite. quia iuſſio omnipotentis dei eſt cui contraire nullus homi
num poteſt. Illis itaqꝫ deſcendentibus triſtis ex morte illius manſit
epiſcopus. Subſequenti aũt die dñico ante exurgentis lucis crepuſcu
lum vocatis duobus diaconibus ſuis perrexit ad domuꝫ defuncti ac
ceſſit ad locum vbi iacebat corpus exanime ibiqꝫ ſe in oroẽm dedit.
Expleta aũt prece ſurrexit ⁊ iuxta corpus defuncti ſedit. nõ aũt gran
di voce defunctum per nomẽ vocauit dicens. Frater marcelle veni Il
le aũt ac ſi leuiter dormiẽs ad vicinam vocem ꝗ̃uis modica fuiſſet ex
citatus aperuit oculos. atqꝫ ad epũm reſpiciens dixit. O q̃d feciſti. o
quid feciſti. Cui epũs. Quid feci fili. At ille. Duo heſterno die vene=
runt qui me eijcientes ex corpore in bonũ locũ duxerunt. Hodie autẽ
vnus miſſus eſt nuncius q̃ dixit. Reducite eum qꝛ Fortunatꝰ epũs
in domum illius venit. Quibꝫ v̄bis expletis mox ⁊ infirmitate cõua
luit. ⁊ in hac vita diutius manſit. Nec tamẽ credendum eſt qꝛ locum
quẽ acceperũt perdidit. qꝛ dubium non eſt ꝙ interceſſores ſui precibꝫ
potuit poſt mortem melius viuere ante mortem ſtuduit omnipoten
ti deo placere.

Ex vita ſancti Franciſci.

Quidam iuuenis valde nobilis ac delicatus. venit ad ordi/
nem ſancti Franciſci qui indutus habitu fratrum poſt ali/
quot dies diabolo inſtigante cepit habere in tanta abomina
tione habitum quem gerebat ꝙ videbatur ſibi portare ſaccum viliſſi
mum. Et propterea horrebat manicas abominabatur capicium ⁊ ip
ſam longitudinem tunice ⁊ eius aſperitatem tanquã importabilem
eſtimabat. Unde factum eſt ꝙ creſcente religionis faſtidio delibera/
uit. penitus reijcere habitum ⁊ redire ad ſeculum. Magiſter autem
eius docuerat eum ꝙ quando ante altare conuentus tranſiret in quo
ſeruabatur ſanctiſſimum chriſti corpus cum magna reuerentia geni/
bus flexis ⁊ diſcooperto capite ⁊ cancellatis manibus deuote inclina
ret. Accidit autem illa nocte qua deliberauerat dimittere habitum.
et redire ad ſeculum ꝙ oportebat eum ante altare tranſire vbi ſicut
conſueuerat genua flexit ⁊ ſtatim fuit raptus in ſpiritu. ⁊ oſtenſa ſibi
fuit mirabilis viſio. Nam vidit quaſi multitudinem infinitam co/
ram eo proceſſionaliter tranſeuntem. omnes vero qui in illa proceſſi
one beata erant bini incedebant. Et erant veſtiti ornatiſſimis ⁊ pre/
cioſiſſimis diaſperis. Facies autem eorum ⁊ manus ⁊ quicquid ap/
parebat de corpore ſole ſplendidius radiabat. ⁊ ibant cum cantu ⁊ iu
bilo angelorum ſolemniſſime ⁊ dulciſſime decantando. Inter quos
duo nobiliores ceteris incedebant tanta claritate velati ꝙ mirandũ
ſtuporem aſpicientibus ingerebant. Et quaſi circa finem proceſſiõis
predicte vidit etiam quendam tanta gloria decoratum. ꝙ videbatur
quaſi nouus miles ab omnibus ſingulariter honorari. Dictus autẽ
iuuenis hoc videns mirabatur valde. ⁊ neſciebat quid hoc eſſet nec
interrogare tranſeuntes audebat nec poterat nimia dulcedine ſtupe/
factus. Sed cũ proceſſio pertranſiſſet ⁊ ipſe adhuc videns extremos
reſumens audaciam cucurrit ad illos ⁊ interrogans dixit. O chariſ/
ſimi rogo vos quod dicere placeat qui ſunt iſti tã admirabiles quos
continet hec veneranda proceſſio. Illi vero conuertentes ad eum. ſplẽ
didiſſimas facies dixerunt. Nos ſumus omnes fratres minores. qui
modo venimus de paradyſo. Et ille rurſum interrogans. Qui ſunt
illi duo qui tantum excellenter inter alios rutilant. Reſponderunt.
Illi duo ceteris clariores ſunt ſanctus Franciſcus. ⁊ frater Anthoni/
us. Ille autem vltimus tantum honoratus eſt quidam ſanctus fra/
ter nouiter mortuus. quem quia valenter contra tentationes pugna
uit. ⁊ vſq; in finem perſeuerauit in ſancto propoſito ad gaudia eterni
regni cum gloria ⁊ triumpho perducimus. non ſolum comitantibus
ſanctis. ſed etiam letantibus angelis. Iſta vero veſtimenta diaſperi
que nos tam decora portauimus data ſunt nobis propter aſperas tu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

nicas quas in religione patienter detulimus ⁊ glorie claritas quam
tu vides data eſt nobis a deo propter humilem patientiam quam fe
cimus ⁊ propter ſanctam paupertatem ⁊ obedientiam ⁊ caſtitatem
mundiſſimam quam vſqz in finem hilari mente ſeruauimus. Unde
fili non ſit tibi durum ſaccum religionis tam fructiferum deportare.
quia in ſacco Franciſci amore domini noſtri Jeſu chriſti mũduz ſper
nendo. carnem mortificando. ⁊ contra diabolum dimicando virili-
ter ⁊ habueris nobiſcum ſimili veſte fulgebis. Et his dictis iuuenis
ad ſe rediit ⁊ confortatus ex ipſa viſione omnem tentationem abiecit
culpam coram gardiano ⁊ aliis fratribus recognouit aſperitatem pe
nitentie. ⁊ indumenti vt diuitias de cetero concupiuit. ⁊ ſic immuta-
tus in melius in ſancta vita finiuit.

Aliud.

Anno domini Milleſimo quadringenteſimoquarto. Quidaz cle
ricus de Uendepera cum ſtuderet in ſcholis apud Lugdunum vi-
dit in viſione noctis vallem quandam ſub quodam monte. ſup quez
ciuitas quedam pulcherrima ſita erat cuius aſpectus nimium dele-
ctabat intuentes ita vt quiſquis eam videret de aſpectu illius ſatiari
non poſſet. ⁊ omnibus modis laborauit quomodo ad eam perueni-
re valeret. Interea vidit fluuium quendam ſub pede montis. immo
circa pedem currentem Quem dum circuiret querens artem quomo
do eum tranſmearet. Uidit ſuper ripam fluminis duodecim lauan-
tes in flumine tunicas ſuas. Inter quos erat quidam veſte candidiſſi
ma indutus multum aliis diſſimilis qui adiuuabat illos in tunica-
rum ſuarum ablutione qui poſtq̃z iuuerat vnum ibat poſtea adiuua
re alium. Tunc clericus qui hoc videbat acceſſit ad illuz qui ceteros
adiuuabat ⁊ dixit. Que gens eſtis vos. Qui ait. Iſti pauperes homi
nes ſunt penitentiam agentes ⁊ ſe a peccatis ſuis lauantes. ⁊ ego fili
us dei Jeſus chriſtus ſine cuius auxilio. nec iſti nec alii poſſunt bene
facere. Ciuitas hec pulcra quam vides paradyſus eſt vbi ego maneo
et quando quis tunicam ſuam lauerit id eſt penitentiam peregerit in
illam intrabit. Turpem ſatis diu queſiſti viam qua itur ad illam. ſz
nulla alia via q̃z iſta ducit ad eam. His dictis clericus a ſomno eui-
gilauit. ⁊ mirari cepit de viſione. Cumqz non multo poſt rediſſet de
ſchola in patriam ſuam narrauit epiſcopo Cabilonenſi viſionẽ hanc
cui familiaris erat. Qua audita epiſcopus ſuaſit ei vt ſeculum relin-
queret ⁊ religionem intraret. commendans ei ſuper omnes nouellũ
illum ordinem Ciſtercienſem. Ille venit ciſtercium ⁊ inuenit locum
incultum ⁊ deſertum. ⁊ fratres inter beſtias commorantes. Ad por-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

tan: vero monaſterij que de vimine facta erat pendebat malleus fer/
reus cuius ſonitu ad portā portarius compellabatur ab introire vo/
lentibus. Hoc vero ſonitu portarius vocatus venit ad eum foras et
inclinans ſe ad eum ſalutauit eum. Quem clericus intuens cogno/
uit ſtatim ſe eundem vidiſſe inter eos qui tunicas ſuas in flumine la
uabant. Rogauitqꝫ eum vt ad ſe adduceret abbatem. Abbas igitur
et totus conuentus venit ad eum. ⁊ recognouit clericus omnes ſe vi/
diſſe tunicas ſuas in flumine lauantes. Statimqꝫ cecidit ad abbatis
pedes rogans eum cum lachrymis vt ſuſciperetur. qui ſuſceptus non
multo poſt factuſqꝫ eſt prior.

¶ Ex ceſario aliud.

¶ Egrotabat in hemenrode cenobio ſacerdos Iſebrandus nomine
cuſtos eccleſie plus quaꝫ triceſimum annum agens in ordine ⁊ ad ex
trema perductus eſt. Media nocte cum ſuper eum miniſtrorum vi
gilaret diligentia audierunt eum leui ſuſurro verba ſonare. Timen/
teſqꝫ ne morti proximus aliena loqueretur ori loquentis aure adhi/
bita. intellexerunt verba ſublimia edificationis plena de gloria cele/
ſti ⁊ inenarrabili leticia ſanctorum. Dignum ergo indicantes teſtem
his idoneum adhiberi nunciauerunt hec abbati. qui ⁊ ipſe graue la/
borabat infirmitate. Vocatus abbas affuit. Interim cecinit horolo/
gium ⁊ occaſione ſumpta ſic fari cepit. O q̄ꝫ ſuauem noctem exegi.
quaꝫ delectabili horologio operam dedi. quaꝫ dulces ⁊ ſuaues con/
uentus audiui choris in celo pſallentium interfui. O q̄ꝫ concorditer
et delectabiliter pſallebant. In noſtro cantu ſolet eſſe diſſonantia te/
dium laſſitudo. ibi longe aliter eſt. In vnam omnes conueniunt me/
lodiam ſuper omne quod delectat dulciorem. Infatigabiles lauda/
re non ceſſant. ⁊ quanto plus laudant tanto plus creſcit amor laudā/
di ⁊ mirabili atqꝫ ineffabili modo hoc prouenit. in vſum gratiſſime q̄
etis ꝙ nunq̄ꝫ vacant a laude creatoris. Ibi qui magis hic humiliati
ſunt mediocribus vel minimis contenti glorioſius exultant abundā
tiorem recipientes conſolationem faciem ſplendidiſſimaꝫ ſtatura cel
ſi veſte glorioſi. Cum his familiariter conuerſatus ſum ⁊ amico refe
ctus colloquio. Tanta gloria veſtium delectatus ſollicite querebam
ſi talem ego habiturus eſſem. ⁊ dixerunt. Qui viuit irreprehenſibili/
ter talem veſtem ſperare poteſt. Si vero vitium latuerit in conuerſa
tione macula apparebit in veſte. Culpa eñ vite maculam facit in ve/
ſte. Immaculatus ergo merebitur habere veſtem. qui ſe a maculis ſer
uat immunem. Et dixi. qui ſunt macule. Et ille. Murmuratio. de/
tractio, inuidia, negligentia. ⁊ quicquid ſinceritatem cordis maculat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

et confundit. qui talis agunt in gloria veſtis maculam ponunt. Tu
vero pro multis laboribus ꝛ vite honeſtate ſimilem ſortieris veſtem.
His dictis faucibꝫ arefactis viribuſqꝫ exhauſtis defecit loquẽs poſt
modicum inſtillata refocillatus aqua reſumptoqꝫ ſpiritu ad loquen/
dum ſe parans ſpem fecit auditoꝛibus prout ait Utinaꝫ differret me
dominus uſqꝫ dum completo opere dei dominis noſtris loqui poſſeꝫ
O ꝙ̃ leti nuncij baiulus eſſem. ꝙ̃ leta ꝙ̃ ſtupenda narrarem que vi/
di que audiui ꝛ ſenſi. que parata ſunt diligentibus deum ꝛ in laude e
ius vigilãtibus. Et abbas. Frater quomodo hec vidiſti. Et ille Qua
ter hac nocte raptus ſum ante deũ. pectus meũ apertum eſt ꝛ anima
mea educta eſt. ꝛ ſtatim fui inter choros angelorũ. ꝛ vidi dominam
noſtram in immenſa claritate cum ſuis ſacris virginibus que ſe mi/
hi promiſit in neceſſitate affuturam ꝛ ſanctum Michaelem cũ mul
to exercitu angelorum preparatum in auxilium mihi. Nam altari ꝛ
memorie ſue honorem ſemper ſolebam impendere. ꝛ innumerabileꝫ
multitudinem ſanctorum. ꝛ quos antea non videram ſtatim agnoui
Rurſumqꝫ ſpiritu ꝛ viribus deficiens loqui ceſſauit Compulſus ita
qꝫ de ſorbicula pauxillum accepit ꝛ guſtans ait. O ꝙ̃ dulcis eſt do/
minus guſtantibus. o ꝙ̃ta eſt eius ſuauitas eius abundantia ꝙ̃ lar/
ga ꝛ indeficiens. ꝛ omniuꝫ deliciarum copijs affluens. que in hac no
cte reficere dignatus eſt O dulcedo illa dulcedo gratiſſima optabilis
et preſtantiſſima. O ꝙ̃ ſingularis ꝙ̃ excellens ꝛ ineffabilis. Intus e/
ram in corde vtrũqꝫ teneo. verbis aũt explicare non valeo. quanꝫ ſen
tire potui non poſſum effari rei nimietate victus. Tam felici refectio
ne paſtus hanc refectionem ſuperaddere ſuperfluũ duco. Hec breuer
modicũ nutrimentum preſtat illa in perpetuum reficit ꝛ ſaginat. O
ꝙ̃ beati ſunt illi qui illa ſine fine fruituri ſunt. Iubenti abbati voca/
ti ſunt ꝗdam nouicij viri quondam in ſeculo clari virtute militari in/
ſignes ꝗs ita confortatꝰ eſt. Uere felices eſtis ꝛ ter quaterqꝫ beati qui
de vana veſtra conuerſatione atqꝫ mũdana vanitate per diuinam mi
ſericordiam vocati eſtis partem in celis cũ iuſtis habituri. Conſtat
em̃ de ſalute veſtra ſi tamen perſeuaueritis. Nam dñs dauid indeſi/
nenter pro vobis preces ad dominũ fundit. quatenus qđ ſalubriter
inchoaſtis feliciter compleatis. Unũ aũt eorũ nomine exprimens de
eo dicebat. niſi portas clauſtri ingreſſus fuiſſet mortis eterne portas
non euaſiſſet. Aderant ꝛ hoſpites conuertendi gratia de ſedibꝫ ſuis e
uocati ſed nimio adhuc rerũ temporaliũ amore detenti rem arduam
aggredi dubitabant. ꝗ fiducialiter accedentes ad virũ dei mentis flu
ctuationem confeſſi ſunt ꝙ videlicet velle adiaceret eis perficere autẽ
bonũ non inueniirent ſupplicabant vt orationibꝫ eiꝰ adiuti mereren/

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

tur in bono ſtabiliri. Et ille. Quam diu mentis adheretis ſeculo nō
poteſtis perfecte placere deo nec firmari in bono habentes volūtatē
fixam in malo. Quapropter recedite ab his q̄ inutiliter amatis. ⁊ nō
deerit vobis gratia ſaluatoris. Si vidiſſetis q̄ ego vidi omnem glo/
riam mūdi vilem reputaretis. Deinde multa q̄rebant ille de patre.
ille de fratre. ille de ſuo ſtatu futuro. ille de preſenti. Sed vir dei ita
ſingulis reſponſum temperauit vt ſecretorū reuelator ⁊ conſcientia/
rū inſpector eſſe probaret̄. Mox vocante deo ſancta illa anima carne
ſoluta eſt ad dolores corporis vltra non reditura. ſed vt credimꝰ im/
mortalitatis luce veſtienda ⁊ perenni gaudioꝝ ſuauitate reficiēda
¶ Hieronymꝰ ad moniales. Angelicis choris ſanctorūqꝫ ſocietatibꝫ
hic ſtudeatis intereſſe vt omnes poſtmodū in corporis exitu vobis
gaudentes ⁊ leti tanqꝫ notis occurrant. Si ſic feceritis nihil vobis
dulciꝰ. nihil iocūdiꝰ qꝫ his intereſſe conuiuijs. his pabulis ſatiari. qbꝫ
ſemel deguſtatis terrena oīa amara reddant̄. Experto itaqꝫ ſeni de
uote conſulenti credite filie. Scio qd̄ loq̄r chariſſime. Nam vt in in/
ſipientiam loq̄r. Ego homūculꝰ ſic abiectꝰ ſic vilis in domo domini.
Adhuc viuens in corpore angelorū ſepe choris interfui de corporeis
per hebdomadam nihil ſentiens.
¶ Item beatꝰ Auguſtinꝰ de libero arbitrio ſic dicit. Tanta eſt pulcri/
tudo iuſticie. Tanta eſt iocūditas lucis eterne: vt etiam ſi non liceret
in ea ampliꝰ delectari. quam vniꝰ diei hora propter hoc ſolū innūera/
biles huiꝰ vite dies pleni delicijs ⁊ affluentia bonorū temporaliū re/
cte ⁊ merito deſpicerent̄.
¶ Item Eterna beatitudo conſiſtit in duobꝫ ſcꝫ in neceſſaria abſentia
omnis mali. ⁊ in neceſſaria preſentia omnis boni. Si eīm q̄ris qd ibi
eſt. Aliter non poteſt reſponderi. niſi q̄cq̄d boni eſt ibi eſt q̄cq̄d mali
eſt ibi non eſt. ¶ Et Gregoriꝰ Nihil exteriꝰ qd̄ ibi appetat̄. ⁊ nil interi
us quod faſtidiatur.
¶ Gregoriꝰ. Que lingua dicere vel q̄s intellectꝰ capere ſufficit illiꝰ ſu
perne ciuitatis q̄ta ſint gaudia angelorū choris intereſſe cū beatiſſi/
mis ſpiritibꝫ glorie conditoris aſſiſtere. preſentē dei vultū cernere. in
circūſcriptū lumen videre nullo mortis metu affici incorruptionis
munere perpetue letari.
¶ Item btūs Auguſtinꝰ in libro de conflictu vitiorum. Recedat a/
mor preſentis ſeculi. in quo nullus ita naſcit̄ vt nō moriat̄. ⁊ ſuccedat
amor futuri ſeculi in quo omnes viuificant̄ vt deinceps nō moriātur
Ubi nec aduerſitas turbat. nulla neceſſitas anguſtat. nulla moleſtia
inquietat. ſed perhennis leticia ibi regnat.
¶ Hieronymus. Si chriſtū dn̄m ⁊ regē cui eſt nomē ſuꝑ oīe nomen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

oportuit pati ⁊ ita intrare in gloriam ſuam. quã iam fiduciam habe-
mus nos intrare ſine labore gloriã eternã. O ꝙ̃ ſtulti ſumus ⁊ tardi
corde ad credendũ. Volumus hic gaudere cũ ſeculo ⁊ poſtea regnare
cum chriſto. difficile eſt immo impoſſibile vt ⁊ pñtibus ꝗs fruatur bo-
nis ⁊ futuris vt hic ventrẽ ⁊ ibi mentẽ repleat vt de delicijs ad deli-
cias tranſeat ⁊ in vtroqꝫ ſeculo ꝓmus ſit vt in terra ⁊ in ſeculo appare-
at glorioſus. Impoſſibile eſt delicijs affluere ⁊ chriſtum ſequi. Natu-
ra denegat: vt cõtraria miſceant. Nõ em̃ poſſumus deo ſeruire ⁊ mã-
mone. ¶ O ꝙ̃ta erit in celo leticia quãdo nõ ſolum in aïa. ſed etiaꝫ in
corpore fuerit gloriandũ. Nã intus ⁊ extra ſubtus ⁊ ſupra. immo cir-
cũquaqꝫ mirabiliter iuſtus gaudebit. Intus de puritate cõſciẽtie. ex-
tra de corpis glorificatõe. ſubtus de celi ⁊ aliarum creaturaruꝫ pulcri-
tudine. ſupra de dei viſione. ⁊ circũcirca de angelorũ ⁊ omniũ ſcõrum
iocunda ⁊ delectabili aſſociatione. ¶ O ciuitas celeſtis. manſio ſecu-
ra. patria totũ continens quod delectat. Merces ſanctorꝝ tam mag-
na eſt ꝙ non poteſt menſurari. tam copioſa ꝙ nõ poteſt finiri. tã mul-
ta ꝙ nõ poteſt numerari. tam ꝑcioſa ꝙ nõ poteſt eſtimari.

¶ Petrus bleſenſis ad regẽ anglie ſuꝑ Job. Putaſne ꝙ aliꝗs in pre-
ſenti vita gaudeat ⁊ in futura. Sed tñ gaudiũ debeat dici qđ turbat
aſſidue ⁊ aſꝑgit amaritudïe pñti nimis delicatus es. ſi vtrũqꝫ ꝓſumis
vti ſeculo ⁊ frui chriſto ꝓſentis mũdi delicias capere ⁊ nihilominus
celeſtis glorie diuitias obtinere. Audi ꝗd dictũ ſit illi diuiti in euan-
gelio. Fili recordare qꝛ recepiſti bona in vita tua. Merito poſſem⁹ re-
ges ſciſſimos reputare inſanos ⁊ ꝓphetas aplõs martyres cõfeſſores
teneras ac delicatas ꝟgines oẽs ꝗ ſpretis diuitijs ⁊ cõculcatis delici-
is huius mũdi ſeipſos ꝓ chriſto tribulationi ⁊ morti obtulerũt ſi glo-
riã quã adepti ſunt in anguſtia ⁊ dolore potuiſſent in voluptatib; et
delicijs obtinere ¶ Hieronym⁹. Quotienſcũqꝫ te vana ſeculi delectat
ambitio. quotiẽs in mũdo aliꝗd videris glorioſum ad paradiſuꝫ mẽ-
te tranſgredere ⁊ eſſe incipe qđ futurus es. ¶ Idem. Omne opus le-
uius fieri ſolet cũ eius ꝓcium excogitat ⁊ ſpes ꝓmij ſolaciũ fit laboris
Et nullus labor durus. nullum tempus longum videri debet quo e-
ternitatis gloria acquiritur.

¶ Finiũt exempla de gaudijs regni celorũ Et aliorꝝ triũ nouiſſimorꝝ Denuo ſagaci cura correcta. Impreſſa Dauẽtrie ꝑ me Iacobum de Breda. Anno dñi. M.CCCCC ij. In profeſto beati Leonardi abbatis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 26